Primo inquā ex parte anime. Nam ſi queras p que vel qualiter aīa humana ꝓmeretur a deo ſpecialē benedictionē in p̄ſenti

ꝛ in futuro. Rñdeť ꝙ p̄cipue ꝑ tria. Juxta
illud p̄s. Dñs memoꝛ fuit noſtri ꝛ benedi-
xit nobis. Bñdixit domui iſrael: qȯ interp̄
tatur deū videns: ſcꝫ ꝑ fidem verā xp̄ianaꝫ
Ecce p̄mū. ſequiť. Bñdixit domui Aaron
qȯ interp̄tať mons foꝛtitudinis. ſcꝫ in cauē
do a peccato ꝛ ꝑſeuerādo in bono. Ecce ſe-
cūdū. ſubdiť. Benedixit oībus qui timent
dñm puſillis cū maioꝛibꝫ. Ecce terciū ſcꝫ ti
moꝛ dei et eius obedīētia mādatoꝛū. Sed
quoniā btā virgo fuit fideliſſima atqꝫ puriſ
ſima ꝛ ꝯſtātiſſima in bono ꝛ dei p̄ceptis ob
ſeruatiſſima p̄ oībus: ergo maximā ꝓmeruit
gratie bñdictionē et dulcedinē in ſūma ple-
nitudine. Vñ Hiero. i ſermōe de aſſumpti
one dicit Bñ ſalutať gratia plena ſcꝫ ab an
gelo. Ceteris eīm ꝑ partes Marie ꝟo ſe to-
ta infudit gratie pleniſtudo. ꝛ ꝑ ꝯſeq̄ns diui
ne bñdictōis ꝛc̄. Scđo ex ꝑte coꝛꝑis qm̄
dicēte Aug. in ſermōe de natiuitate ꝟginis
Maledictio Eue in bñdictionē mutať ma
rie. Nimirū maledictio Eue ꝛ oīm mulieꝝ
fuit p̄cipue triplex Geñ. iij. Multiplicabo
erūnas tuas. Ecce p̄ma ſcꝫ erūnoſa impre-
gnatio. In doloꝛe paries filios ſcđa. Sub
viri poteſtate eris tercia. Harum oppoſitas
bñdictōes habuit Maria: qꝛ ꝯcepit in mū
dicia virginali: et ſine grauamīe fuit graui-
da: ſine doloꝛe puerꝑa: imo cū maximo gau
dio: atqꝫ oībus viris imo et angelis p̄lata ꝛ
dña. Vñ et Joſeph ſpōſus eius eidē ſerui-
uit vt dñe mūdi. Sꝫ queriť vnde ꝓbari
poteſt ꝙ btā virgo nullū grauamē habue-
rit in poꝛtādo xp̄m cū habuerit coꝛpꝰ pōde
roſuꝫ xp̄s in q̊ p̄dominať natura terre ſicut
in alijs hoībus. Naꝫ et xp̄s itineris feſſitu-
dine grauabať. Rñdeť ſm doctoꝛes p̄cipue
Alber. ſuꝑ miſſus eſt ꝙ ꝓbatur iſtud multi
pliciter. Primo ex rōnibꝫ. Prima rō ex ꝑte
dei qui poꝛtabat ſe poꝛtantē. vt dicit Aug.
et ſic ꝯtra ꝯſuetudinē pregnātiū ſe fecit leui
oꝛem. Scđa ratio ex ꝑte xp̄i quia fuit mul-
tū amātiſſimꝰ virgini. vñ licꝫ virgo ſicut eti
am ipſe xp̄s aliquādo fatigabať ꝛ ſic graua
batur laſſitudine coꝛꝑali tanqꝫ ꝟgo tenerri
ma in longo itinere ac laboꝛibꝫ et ſuitijs cir
ca xp̄ꝫ necnō penurijs famis ꝛ ſitis ꝛc̄. Ta-
men pre amoꝛis magnitudine ꝓ nullo duce
bat talia. quia vt dicit Augꝰ. Oīa grauia ꝛ
īmania leuia et ꝓpe nulla facit amoꝛ. Ter-
cia rō ex ꝑte matris qꝛ ꝯcepit xp̄m ſm ſtatū

innocētie et nō ſm ſtatū nature coꝛrupte: i-
mo miraculoſe in ꝟginitate. ḡ ſicut in ſtatu
innocētie nō fuiſſet grauamē vel doloꝛ i ma
tre. ita mater dei debuit euadere maledictio
nes matrū ꝛc̄. Scđo ꝓbatur exemplis.
Naꝫ videmꝰ ꝙ coꝛpus ꝓꝑriū nō grauat na
turaliter. ſicut nec fructꝰ arboꝛi vnitus. ita
coꝛpus chꝛiſti qȯ fuit vnū naturaliter cum
coꝛpoꝛe matris ꝟginis que ꝯcepit ſine alie-
no ſemīe de ꝓꝑꝛio puriſſimo ſanguīe nō gra
uauit ꝟginē. Tercio ꝓbať autoꝛitatibꝫ qꝛ
vt ait Bern̄. et canit eccl'ia. Btā virgo fuit
ſine grauamīe grauida et ſine doloꝛe puer-
pera. Et h̄ ꝯuinciť ex euāgelio. qm̄ moxꝑꝰ
ꝯceptum aſcēdit Maria in mōtana cū fe-
ſtinatione: Et etiā ex eo ꝙ angelꝰ eam ſalu-
tando dixit. Aue. i. ſine ve ſcꝫ culpe et pene.
Tercio declarať ſūma bñdictio Marie
ex ipſis verbis angelicis. Nā dixit ei ange-
lus Aue gratia plena dñs tecuꝫ ꝛc̄. vbi ſm
Alber. ſuꝑ miſſus eſt: q̄druplex Marie ex-
cellentia ſuꝑ oēs exp̄miť. Primo excellētia
nature et eius exemptōis ab om̄i maledicti
one cum diciť Aue. i. ſine ve nature culpe ꝛ
pene. Scđo excellētia gratie cū diciť gratia
plena. Tercio excellentia glīe qꝛ dñs tecuꝫ
Augꝰ. Nō ſicut mecū qꝛ tecū in ventre te-
cum in mēte. Quarto excellentia p̄uilegij ꝛ
benedictōis diuīe. bñdicta tu ꝛc̄. et ſic patꝫ.

Capitulum. II.

Secūdo cōmēdať beata ꝟgo de bñ-
dictōe p̄eminētie et precellētis glo-
rie cū diciť inter mlieres. glo. id eſt
pre oībus mulieribꝫ tu ſola ſingulariť es be
nedicta. Ubi notādū ꝙ btīſſima virgo be
nedicta eſt et preemīet ſuꝑ om̄es angelicos
choꝛos: ſuꝑ oēs ſctōs et ſuꝑ oēs ſctās nō ſo
lum gratie ſꝫ etiā glīe bñdictione. Primo
ſuꝑ oēs angelicos choꝛos claret inductiue
qꝛ oīm ꝑfectōes et dignitates ac officia ipa
ſola vniuerſaliť multo feliciꝰ habet. Nimi
rū p̄mo angeloꝝ eſt officiū nūciare minoꝛa
Sꝫ btā virgo toti hūano generi nunciauit
gr̄am ꝑditaꝫ eſſe inuentā. cū cecinit canticū
dicēs. Magnificat aīa mea dñm. et in fine
Suſcepit iſrl' pueꝝ ſuū recoꝛ. miſe. ſue. Si
cut ꝛc̄. Itē angeloꝝ officiū eſt aīas hoīm
cuſtodire. Sed btā virgo ſūmi hoīs. i. xp̄i q̄
eſt caput oīs eccleſie coꝛpus et aīam in ſuo
vtero et gremio poꝛtādo fouit et cuſtodiuit
Et deniqꝫ oīm fidelium aīas ſub alis ſue

pietatis fouet ⁊ cuſtodit ac ꝓtegit. Vñ orat eccl'ia. Maria mr̄ grē mater miſcḋie. tu inquit nos ab hoſte ꝓtege ⁊ in hora mortꝭ ſuſcipe. Scḋo archangeloꝝ officiū eſt maiora dei ſecreta ⁊ ꝯſilia ſcire ⁊ nunciare. p̄cipue incarnatōis diuīe myſteriū qḋ maxim inter cetera ſecreta eſt. h̄ ſuꝑiores cognouerūt ꝑ infuſam inſpirationē. Medij a ſuꝑioribus ꝑ illumīationē. Tādē hoīes ꝑ angelicā reuelationē ⁊ apl'oꝝ p̄dicationē. Sʒ btā ṽgo h̄ cog̊uit ꝑ expientiā ⁊ certificatōeʒ qñ eiꝰ corpꝰ ⁊ aīam deꝰ ipſe inhabitauit p̄s. In ſole. i. in aīa ṽginis q̄ erat ſol ꝑ ardentē charitatē: poſuit tabnaculū ſuū et ipſe tāq̄ʒ ſpōſus ꝓcedēs de thalamo ſuo. i. vtero ṽginali

Tercio officiū virtutū eſt miracl'a facere nō aliq̇d denuo creādo: ſʒ deo miſteriū exhibēdo. Sʒ btā virgo ī maxīo miracl'o miniſteriū exhibuit qñ ꝯſenſum p̄buit ⁊ puriſſimū ſanguinē ad xp̄i incarnationē. vt dicit Damaſce. Quarto poteſtatū eſt arcere demones: ſʒ btā ṽgo cōtriuit caput ſerpentis. Ben. iij. Quīto eſt officiū p̄ncipatuū ꝓuincijs p̄ſidere. Sʒ btā ṽgo in oībꝫ creatis tenet dn̄atuʒ Ecci. xliiij. In oī gente ⁊ in oī ꝑp'lo p̄matū tenui. Sexto dn̄ationū ē angelis p̄eſſe. Sʒ btā virgo etiā nō ſolū angelis ſʒ xp̄o dn̄o angeloꝝ p̄fuit q̇ erat ſubditꝰ illi Lu. ij. Septimo thronoꝝ ē vt ſuꝑ eos deꝰ ſedeat ⁊ req̇eſcat ac iudicia exerceat. ſed in btā ṽgine deꝰ nō tm̄ ſedit ſʒ ⁊ carnē aſſūpſit: in q̄ carne totū iudicaturꝰ eſt orbē Lu. xxj. Tūc videbūt filiū hoīs veniētē in nube ⁊c. Octauo cherubin ē plenitudinē ſciendi hr̄e. Sʒ btā ṽgo trāſcēdit oēm ſcīam humanā ⁊ angelicā ꝑ expimētalē cognitionē.

Nono ſeraphin ē ardere in charitate dei ⁊ feruere in amore. Sʒ btā virgo ſuꝑ oīs ſpūs deū intimiꝰ ⁊ ardētiꝰ amat tāq̄ʒ filiū. iō Ecci. xxiiij. Ego mr̄ pulchre dilectōnis ⁊c. Ecce claret q2 btā virgo p̄eminet bn̄dictōe glīe angelis. Scḋo dixi ꝙ p̄emīet eiꝰ bn̄dictio oībꝫ ſctis patribꝫ patriarchis ⁊ ꝓphetis ac q̇buſcūq̄ʒ. qm̄ vt dic̄ Damaſce. ipa a nullo illuſtriū ſuꝑari pōt ſʒ excellit ipſa cunctos. Producamꝰ inductiue patres ſctōs ⁊ cog̊ſcemꝰ. Primo q̇dē Adā ⁊ Eua habuerūt innocētiā originalē in q̄ creati ſūt: ſʒ cito illud ꝑdiderūt peccādo ⁊ totā poſteritatem corruperunt ac maledictionē demeruerūt. Sʒ btā virgo tantū grē inuenit vt oībꝫ bn̄dictionē ꝓmereret ⁊ mortē cōmutaret in vitā. nūq̄ʒ peccaret: ſʒ et oībus pctōribꝫ miſericordiā impetraret Luc. j. Ne timeas maria inueniſti grām apud deū. ſ. quā totū genus humanū ꝑdidit. Scḋo Abel hāc bn̄dictionē obtinuit vt ṽgo eſſet ⁊ martyr: vt dic̄ Aug. Sʒ ṽginitas eiꝰ infecūda fuit ⁊ martyriū ſoli ſibi ꝓfecit. Btā virgo fecūda virginitate martyriū in paſſione ſuſtinēs oībꝫ ꝓfecit: cū ⁊ oīm aduocata extitit ⁊ ꝓ oībꝫ impetrare qḋ vellet meruit. De h̄ eius martyrio Lu. ij. Tuā ipſius aīam ꝑtrāſibit gladius. Tercio Enoch in ꝑadiſum deliciaꝝ eſt trāſlatus. Sʒ in vteꝝ ṽginis tāq̄ʒ in paradiſum trāſtulit ſe ipſe deus. Quarto Noe a diluuio ſaluauit octo aīas et q̄dam aīalia. Sʒ btā ṽgo totū mūdū gubernat ⁊ cōſeruat. Vñ Fulgeñ. iiij. mithologiaꝝ dicit. Celū et terra diu ruiſſent ſi nō Maria p̄cibus ſuſtētaſſet. Quīto Melchiſedech panē ⁊ vinū obtulit. Btā ṽgo carnē ⁊ ſanguinē xp̄o dedit in q̄ panis ⁊ vinū trāſſubſtātiatur Johis. vj. Caro mea vere eſt cibus ⁊c. Sexto Abraā date ſūt ꝓmiſſiones ⁊ ſemī eius Gal'. vj. Sʒ in virgine iſte ꝓmiſſiones ſunt implete Lu. j. Suſcepit iſrl' puerū ⁊c. Sicut locutus ē abra. ⁊c. Septimo Iſaac impetrauit ſua orōne ꝯceptū Rebecce: q̄ ꝯcepit gemīos. Ex q̇bꝫ duo ppl'i orti ſūt: iudaicus ⁊ gentilis. Btā virgo ſua humilitate ꝯcepit xp̄m gemīe ſubſtātie: diuine ſcʒ et hūane. q̇ duos ꝑp'los gentilē et iudaicum in vnā fidē collegit. Octauo Jacob vidit ſcalā cuius ſūmitas celos tangebat ⁊ dn̄m innixū ſcale et deſcēdētes atq̄ʒ aſcēdētes angelos. Btā ṽgo fuit ipa ſcala cui dn̄s eſt innixus incarnādo Lu. j. Dn̄s tecū. Per hāc aſcēdūt hoīes ſaluādi ī celū ⁊ deſcēdūt angeli ad nos illuminādos Nono ioſeph factꝰ ē dn̄s egypti ⁊ aluit ſuos frēs. Sʒ btā ṽgo facta ē dn̄a terre totiꝰ ⁊ celi: ⁊ paſcit nos cibo vite et̄ne. i. carne et ſanguīe xp̄i de ſe aſſumpta Joh. vj. Qui māducat hūc panē viuet in et̄nū. Deniq̄ʒ vt breuiꝰ plura cōplecter Moyſes et oēs ſctī ꝓphe hēbāt hāc bn̄dictōʒ vt deꝰ eis reuelaret p̄terita pn̄tia ⁊ futura ⁊ maxīe circa filij dei incarnatōʒ ꝑtinētia. Oēs q̄ʒ ſctī pr̄es ⁊ p̄cedētes ⁊ ſeq̄ntes nō niſi ī fide xp̄i ſaluati ſūt: vt dic̄ Aug. et Gre. ſʒ btā Maria oīa fidei ſacr̄a certa expientia in ſeipſa cognouit cū xp̄m dn̄m ī vtero por

tauit. Omnē etiā grāz ꝓphetice illumiatiōis
pleniſſime habuit. Vñ ipa ꝓphauit de pte
rito cū ait. Fecit potētiā in brachio ſuo. Et
iteꝝ. Suscepit iſrl' pueꝝ ſuū. ſ. aſſumēdo hu
manā naturā ex iſrl'. Itez ꝓphauit de futuro
cū dixit Ecce eīm ex h btāz me dicēt oēs ꝛc.
Et d pñti occulto cū dixit Magnificat aīa
mea dñm. ꝛ exultauit ſpūs me⁹. Ecce ptz ꝓ
poſituz. Tercio bñdictio Marie pcellit
bñdictionē oīm ſctāꝝ mlieꝝ. Nā Sara ꝓ
nūciat ſctā et bñdicta q̄ in ſenectute Iſaac
ↄcepit miraculoſe deo dāte. ſ3 mlto magis
Maria bñdicta q̄ ſūmo miraclo ꝟgo ↄce
pit et pepit dei filiū. Itē ſi Judith bñdi
cta q2 caput Holofernis blaſphemi inimi
ci dei amputauit: mlto mag Maria q̄ ca
put ſerpētꝭ ↄtriuit. Itē ſi bñdicta Heſter
q̄ ꝑplm iſrl' ab occiſiōe liberauit. Ampli⁹ ma
ria q̄ totū mūdū ſaluauit. ſic ꝛ de alijs ſctis
mlierib⁊. Vñ breuit ↄcludo: ipſa ꝟgo Ma
ria merito dicta ē bñdicta inter oēs et ſuper
oēs mlieres ac creaturas q̄ eſt oīm regina ꝛ
dña mūdi ac mlieꝝ glia q̄ nec ꝑmā ſilem vi
ſa eſt nec hrē ſeqntē vt canit eccl'ia.

## Capitulum. III.

Tercio cōmēdat a ſctā Eliza. maria
bñdictiōe ꝓlis ꝟginee cū ſubdit. et
bñdict⁹ fruct⁹ vētris tui. q̄ dicto ſm
magnū Alb. ſup miſſus ē: ſignificat ꝟginal'
ↄceptio Marie. Proptea nō dixit. Bñdi
ct⁹ fili⁹ tu⁹ q̄ eſt ī vtō tuo. q2 ſic dicēdo carna
lē videret deſigre generatōez ſm hoīz cōez
legē nature. S3 notāter dixit: bñdict⁹ fruct⁹
vētris tui. vt inſinuet q2 ſic fruct⁹ ex arbore
naſcit ꝛ ↄcipit ſine corruptōe: ita xp̄s ex vir
gine. Vñ Bern. Si q̄ras inq̄t quō xp̄s na
ſci potuit ex ꝟgine. Rñdeo ſic odor de flore
et fruct⁹ ex arbore ſine corruptiōe. Proinde
Num. xvij. Xp̄s figurat⁹ ē ꝑ flores et fruct⁹
amigdalaꝝ. Vbi legit q dñs pcepit Moy
ſi vt ſingule trib⁊ iſrl' ſingulas ꝟgas afferrēt
noīa ſua ſup ipas ꝟgas deſcribēdo. et pone
ret eas Moyſes ī tabnaculo federꝭ dñi: qd
cū feciſſent. ecce ſeq̄nti die inuenta eſt virga
Aaron ſicca manēte flores et gēmas turgē
tes folia et amigdalas germiaſſe ꝛc. Nimi
rū virga iſta figurauit Mariā q̄ ſicca ab oī
carnali ↄcupiā. i. aliena; pduxit florē et fru
ctū xp̄z ī virginitate Et notāter dr iſte fruct⁹
amigdalaꝝ: q2 ſicut in amigdalis ita ī xp̄o ſūt
tria. Cortex extior amara: ſignificat xp̄i car
nē amaricatā dolorib⁊ paſſiōis. Teſta fortꝭ
ſignificat aīam xp̄i fortiſſimā in oī bono vt
frangi neq̄q̄3 poſſit. Et nucle⁹ interior dulcꝭ
ſignificat xp̄i diuinitatē. Deniq3 ſic amigda
la ↄfert hoīb⁊ ſanitatē. vulpib⁊ aūt obeſt in
mortē. vt teſtat Plini⁹ ī naturalib⁊. Sic iſte
fruct⁹ xp̄s hoīb⁊. i. rōnabilit viuētib⁊ bonis
ↄfert vitā et ſanitatē etnā. S3 vulpib⁊. i. ma
lis q̄ ptes vulpiū erūt. i. demonū in futuro.
dicēte ps. dabit mortē etnā ꝛc. S3 q̄ſtio
oriri pōt: q̄re Elizabeth nō dixit Bñdictuſ
flos vteri tui vel vētris tui: ſ3 dixit fruct⁹ cū
etiā flos ſic fruct⁹ ſine corruptōe generat. et
ſic ſufficiēter expreſſiſſet ꝟginalē ↄceptū: di
cēdo flos. et ſic meli⁹ fuiſſet dicere eo q etiā
ꝓpha xp̄m naſcētē de ꝟgine florē nō fructuz
appellauit Iſa. xj. Egrediet virga. i. maria
de radice ieſſe et flos. i. xp̄s de radi. ꝛc. Re
ſpōdet q licz bñ dicere h potuiſſet: tñ ſpūſ
ſctūs q̄ faciebat eā loq̄ voluit vt dicat: Fru
ctus vētris tui: nō flos. Primo q̄dē vt de
ſignet pfecta xp̄i ↄceptio in virgīs vtero q̄ i
inſtāti ↄceptōis fuit pfect⁹ de⁹ et hō ſm ani
mā et ſm oīa organa ꝛ membra. iuxta illud
Hiere. xxxj. Nouū faciet dñs ſup terrā: fe
mina circūdabit viꝝ. i. xp̄m. vir eīm pfectōz
notat. Nō ſi Eliza. dixiſſ3: bñdict⁹ flos vte
ri tui. occaſionē erroris habuiſſent heretici
ꝛ putaſſent q ſic arbor q̄n pducit flores nō
dū eſt pata generatio. eo q natura tēdit tūc
ad generationē fructuū et tūc pficit genera
tio arboris q̄n ꝑuenit ad fructū pducēduz.
Ita credidiſſent q xp̄s nōdū tūc fuiſſet pfe
ctus hō in vtero Marie: ſ3 ſucceſſiue veni
ret ad pfectionē mēbroꝝ añ infuſonē aīe ſic
cōiter alij hoīes. Vt igit hūc errorē exclu
dat ſpūſſctūs voluit dici Bñdict⁹ fructus.
Scda rō vt ſuaret ↄgruētia hūane repa
tōis p ſilia ſm Ber. q2 ſicut hō cecidit ꝑ fru
ctum nō florez ligni vetiti: ita repari debuit
ꝑ fructū vētris ꝟginal' q̄ appēdend⁹ erat lig
crucꝭ. Tercia rō vt ſeruaret ſalutifera xp̄i
dulcedo: q2 fruct⁹ ſolēt eē dulces. et ī ſūmita
te arboris ſūt dulciores. teſte Iſaac ī dictis
At vltīo p⁹ alia fercula appetūt in mēſa cuz
caſeo: eo q ſūt cibi naturales hoī: q2 hō in
ꝑadiſo tm̄mō fructib⁊ ꝑadiſi et mr̄is lacte i
pueritia alit⁹ fuiſſet. Caſe⁹ ꝟo de lacte h3 fie
ri. Ecce g̊ fruct⁹ dulcedō eſt appetibil. nō ſic
aūt eſt de florib⁊. iō vt ſignificet q2 ꝑ xp̄3 ha
bem⁹ frui dulcedine gratie in pñti ꝛ glie in

futuro: merito dictū est Bñdict⁹ fruct⁹ q̄ dr a fruēdo: vt dic̄ Januēn. in cathol. O ꝙ benedict⁹ vere fruct⁹ Marie ⁊ vt loq̈r verba Berñ. dicētis. O vere celestꝭ plāta maria ꝓciosioꝛ cūctis. O vere lignū vite qđ solū fuit dignū portare salutis fructū.

¶ Articulus tercius de cōmēdatōe ꝟtutuꝫ duodecim q̄b⁹ floruit maria in visione.

Tercium misteriū dicit̄ ꝟtualis bñficatiōis ⁊ pfectionis q̄ cōmēdauit Mariam Elizabeth dicēs. Btā q̄ credidisti qm̄ pficient̄ in te ⁊c̄. Nota ꝙ q̄ in visitatione ista btā ꝟgo. xij. ꝟtutū pfectōib⁹ tāq̄ȝ xij. stellis bñficata floruit: q̄b⁹ se nobis ī exemplū imitādi pbuit: q̄ꝝ q̄ttuoꝛ ptinēt ad incipiētes: ⁊ q̄ttuoꝛ ad pficiētes: ⁊ q̄ttuoꝛ vltime ad pfectos vt cūctos instruat. Primo floruit forma ꝟe pnie: q̄ exurgēs abijt ī montana cū festinatōe. Ipa eñ nūq̄ȝ peccauit nec ei opus erat pnia. Sȝ in his ꝟbis nos spūsſctūs docere voluit vt exurgam⁹ a vitijs festinemusq̄ȝ ad mōtana ꝟtutū: intremus in ciuitatē iuda. i. locū ɔfessiōis: q̄ iudas ɔfitens interptat̄: ⁊ in domū Zacharie qđ interptat̄ memorās deū. Scđo floruit ꝟtute obediētie: q̄ diuie inspiratōi obediuit. ⁊ ꝟm Lyrā sponso Joseph honorē detulit cū licentiā ab eo petiuit eūdi. In q̄ docemur obedire deo ⁊ platis. aplus. Ois aīa potestatib⁹ supioꝛib⁹ subdita sit. Tercio floruit ꝟtute ɔtēptus vanitatꝭ mūdane: q̄m cū foret regina mūdi Maria nō in pomposo equoꝝ apparatu curruū ⁊ famuloꝝ sȝ pedester fortassis cū aliq̄b⁹ alijs ꝟginib⁹ ascendētib⁹ cū ea in tēpluȝ ⁊ alia loca deuota visitantib⁹. Et forte pedib⁹ nudis vt mos est deuotorum pegrinoꝝ religiosissima transiuit Abrꝭ. Qui diues es nō horreas paupēm q̄ paup es accipe ɔsolationē: recognoscens paupem xp̄m paupem ei⁹ matrē. Hec ille.

¶ Quarto floruit ꝟtute modestie: q̄ paucissima ꝟba legit̄ locuta ⁊ ea ad edificationeȝ cū salutauit Elizabeth: atq̄ȝ ad honoreȝ dei cū canticū ptulit dei in laudē. in q̄ repbendit̄ verbositas pcipue mulieꝝ. Deniq̄ȝ q̄ ad pficiētes Quito floruit ꝟtute fortitudinis: q̄ tā longā viā ⁊ aspam fortiter ptrāsiuit. q̄ vt referat̄ a fidedignis: a nazareth vsq̄ȝ ad hierlm sunt. xxxv. miliaria quoꝝ duo faciunt leucā. ⁊ ab hierlm in domū Zacharie q̄ttuoꝛ vel citra miliaria dicunt̄. ⁊ sic docuit fortiter nos agere ī bono ope ps. Viriliť agite ⁊ ɔfortet̄ coꝛ ⁊c̄. Sexto ꝟtute hūilitatis pfunde: q̄ mr̄ dñi venit ad matrē serui ⁊ poꝛ salutauit Ambro. sup Lu. dicit. Vt quāto castioꝛ ꝟgo sit tāto hūilioꝛ. Si q̄ras quo ꝟbo salutauerit. Rñdet Alber. sup missus est. q̄ salutatōe ɔsueta in vete. testa.

Septimo floruit et fulsit ꝟtute pietatis ⁊ miscđie cuȝ ei ad seruiendū se obtulit vt scȝ nos doceat imbecilles visitare ⁊ īfirmis deseruire. Hinc Ambro. sup Lu. Discite inq̄t scte mulieres sedulitatē quā pregnātib⁹ debeatꝭ exhibere cognatꝭ. Et certe mlieres debēt multū h op⁹ pietatꝭ exhibere vt seruiant scȝ pregnātib⁹: q̄ maximū hñt thesauruȝ in vtero scȝ aīam rōnalē q̄ ppōderat oīb⁹ coꝛpoꝛib⁹ mūdi. vt dicit Aug⁹. Et sic cauere ne ipa aīa peat aboꝛtiue. Seruiuit aūt beata ꝟgo Maria Elizabeth in oīb⁹ laboꝛib⁹ ɔueniētib⁹ ⁊ necessarijs: vt etiā in officio canit eccl'ia. Maria trib⁹ mēsib⁹ q̄si stetit laborib⁹ Elizabeth subdēdo. seq̄t̄. Cōferebat de angelo et ꝟboꝝ mysterio q̄ ptulit salutādo ⁊c̄. Octauo ꝟtute honestatꝭ: nā virgo verecūde festinauit: ptea vt cito euadere posset publicū. Vñ Amb. Discite virgines nō ɔcursare p alienas edes: nō demoꝛari ī plateis: nec aliquos cōmiscere sermōes: q̄ maria in domo sera: festina ī publico. Hec ille.

Hinc etiā nō legit̄ maria salutasse inibi Zachariā aut alloq̄ cū q̄ p tūc erat mutus: nō eñ decebat ꝟgineū pudoꝛē nutib⁹ circa eū occupari ꝟm Alb. Deniq̄ȝ q̄ñtū ad pfectos seq̄t̄ q̄ Nono floruit ꝟgo ꝟtute charitatꝭ: marie q̄ ex charitate maxia q̄ ad deū scȝ feruebat ⁊ exinde ad pximū mouebatur ꝟgo btā vt hec faceret canēte eccl'ia. Decimo floruit ꝟtute puritatꝭ ꝟginee. ꝓpt̄ q̄ Elizabeth eā matrē dñi quā decuit eē purissimā noīauit ⁊ addidit. Perficient̄ ī te q̄ dicta sūt tibi a dño. s. vt ꝟgo peres ⁊c̄. Undecimo floruit ꝟtute grāꝝactōis ⁊ laudis diuine: q̄ deū collaudās et grās agēs ait. Magnificat aīa mea dñm ⁊c̄. In q̄ q̄deȝ cātico agit deo grās de trib⁹. Pmo de bñficio sibi facto cū dic̄. Magnificat aīa mea dñm. Et exultauit spūs me⁹ in deo salutari meo. Quia respexit hūilitateȝ ancille sue ⁊c̄. vsq̄ȝ ibi. Fecit mihi mag̃ q̄ potens est ⁊c̄. Scđo

de bñficio toti hũano generi impẽſo cũ ſub
dit. Et miſcdia ei⁹ a ꝓgenie in ꝓgenies timẽ
tib⁹ eũ. Fecit potẽtiã ⁊c. Tercio de benefi-
cio ſpecialiter ꝑp̃lo iſrahelitico exhibito ibi
Suſcepit iſrl' puez ſuũ recorda. ⁊c. In q̇b⁹
oibus docemur g̃ras do ꝓ ei⁹ bñficijs ĩ cõi
⁊ in ſpeciali acceptis reddere. Duodeci-
mo floruit ꝟtute ſctẽ pſeuerãtie. q2 nõ ſtatiz
receſſit ab illa ſ3 mãſit q̃ſi trib⁹ mẽſibus ⁊c.
Sicut claret ex ſacro euangelio vt doceat
nos ad finalit' pſeuerãdũ in bono. Oĩs qui
pſeuerauerit h ſalu⁹ erit Mat. xiiij. ca. Ut
igit' finẽ noſtro ſermoni faciam⁹.

Contemplatio deuota.

Cõtemplare ex his p̃miſſionib⁹ O ania
deuota, o ſanguine xp̃i tincta ⁊ lota, aſpice
oculos mẽtis ⁊ ſtatue corã facie tua tria hec
ſequẽtia documẽta valde deuota ⁊ ↄſidera
tiones dulcifluas. Primo vide q̃3 pie q̃3
dulciter q̃3 affectuoſe ⁊ deuote btã ꝟgo ma
ria viſitat ſctãm Elizabeth cognatã. Cogi-
ta q2 cũ angelo nũciãte ꝟgo bñdicta ↄcepiſ
ſet: in mẽte habuit qđ angel⁹ ei dixerat. Ec-
ce inq̇t Elizabeth cognata tua ⁊ ipa ↄcepit
filiũ in ſenectute ſua et h menſis eſt ſext⁹ illi
⁊c. Cepit g̃ ſpũſctõ plena cogitare q2 ille
quẽ Elizabeth cõcepat p̃curſor eſſet filij ſui
dñi ihu. Cepit ſpũſſctũs ea3 mouere vt iret
ad viſitãdũ ⁊ ſctificandũ ꝑ ſuũ filiũ ↄceptũ
ipi⁹ Elizabeth. Aduerte q̃3 hũiliter licentiã
petat a ſuo ſpõſo Joſeph. q̃ obtẽta celi regi
na egredit' de ciuitate ad viſitãdũ. iter arri-
pit ꝟſus hierlm: vbi deo g̃ras agit adorãs ĩ
tẽplo. Inde ceptũ iter ↄtinuat ad domum
Zacharie. Cogita o fidelis ania q̃3 humilli
me incedit q̃3 deuote capite inclinato: ocu-
lis defixis verſus terrã orans ⁊ pſallẽs: reli
gioſa veſte induta et nudis vt credit' pedib⁹
ꝑegrinabat' vt ſe ↄformaret regule quã fili⁹
ei⁹ erat traditur⁹ apl'is dicẽſ. Neq3 habẽtes
calciamẽta in pedib⁹ veſtris. O q̃ntũ ei⁹ cor
iocũdabat' cũ dei filiũ in vtero hñs gradit'.
nec tñ ex ei⁹ geſtatõe grauabat'. Credo ꝙ p̃
gaudio nec fatigia ſentiebat itineris longi:
nec aſꝑitatẽ horrebat petroſe vie: ſ3 ſpũſſctĩ
virtute et ↄſolatõne plena feſtinãter ibat et
alacriter: O ania mea ſi tũc affuiſſes q̇d fe-
ciſſes: vtiq3 cum lachrymis deuotõis pfuſa
veſtigia pedũ ei⁹ oſculata fuiſſes toto corde
⁊ intimis viſcerib⁹ tuis eructaſſes. Bñdi-
cta tu virgo oĩpotẽtis dei mater: et bñdictus
fructus tu⁹ ⁊c. Quid plura: venit gl'ioſa vir
go ad domũ Zacharie. O elizabeth ſancta
ſenex mulier: q̃le ſomniũ in illa nocte p̃cedẽ
ti videras: vtrũ ne putabas vtrũ ne ſꝑabas
et expectabas tibi iſta die ſuꝑuenire tl'es ac
tãtos hoſpites. vic3 dei filiũ xp̃m ĩ vtero ge
ſtatũ et ei⁹ gl'ioſiſſimã ꝟginẽ matrẽ dñaz an
geloꝝ et hoĩm. O ſi ſcires q2 ecce ꝟgo bñdi
cta cũ dei filio portas dom⁹ tue ingredit': ꝓ
certo accurreres: ꝓ certo obuiares et prima
ſalutares: genib⁹ flexis eã mãcipares et ado
rares leta q3 tãtũ hoſpitẽ ſuſcipes. S3 nõ ẽ
famul⁹ nõ famula q̃ p̃currat et tibi noua di
cat: p̄nũcians aduentũ tãti regis et tãte regi
ne. Ecce ego dicam tibi noua optima: ſurge
q2 adeſt regina celi et dñs de⁹ creator oĩm
cũ ea, accurre et obuians ſuſcipe leta ⁊c. O
q̃3 gaudioſe p̃cucurriſſe3 ſi tũc affuiſſem: vt
aduentũ dñe tibi ſctã ſenex p̄nũciaſſem. O
vere felix et beata es Elizabeth q̃ meruiſti a
tantis hoſpitib⁹ viſitari. Itaq3 intrauit do-
mũ Maria et ſalutauit Elizabeth dicente
fortaſſe illud Thob. v. Gaudiũ tibi ſꝑ ſit ſe
nior cognata mea. ſctiſſima Elizabeth ſtatĩ
vt audiuit ei⁹ ſalutatõe3 ſpũſcti g̃ra ex ver-
bis Marie in eã deſcẽdens vſq3 ad ei⁹ vte-
rũ: cõmouit infantẽ Johẽm in vtero. gloſa
vocẽ prior Elizabeth audiuit ſ3 Johẽs por
g̃ram ſenſit. Vñ ſtatim Johẽs in vtero ſen
tiens dñm oĩpotẽtẽ adeſſe in ꝟginali vtero:
exultauit et adorauit: et quẽ verbo deu3 eſſe
teſtificari nõ poterat: motu exultatõis deu3
adeſſe teſtat⁹ eſt. Mox igit' Elizabeth reple
ta eſt ſpũſctõ. et genib⁹ ꝓuoluta bñdictã vir
ginẽ mãcipauit. amplexata ẽ et oſculata. O
dulciſſima illa oſcula Marie. o Elizabeth
ſenſiſti ne vnq̃3 maiorẽ cordis iubilatione3:
maiorẽ dulcorẽ: maiorẽ aĩe delectationẽ q̃3
hac vice. Credo eñ ꝙ anhelit⁹ bñdicte vir
ginis ꝑ ei⁹ ſacrũ os de interiorib⁹ ei⁹: q̇b⁹ de
us habitabat ꝓgrediẽs ac ꝑ os Elizabeth
ingrediẽs totã ei⁹ cordis medullã penetra-
bat et ſuauitate diuĩa replebat: adeo ꝙ Eli
zabeth ſe ↄtinere nõ potuit. S3 voce mag
exclamauit ⁊ ꝓphetauit de p̄nti occulto. id ẽ
de xp̃o et ꝟginitate mr̃is ei⁹: ⁊ ait. Bñdicta
tu mulierib⁹ et bñdict⁹ fructus ventris tui.
Et vnde h mihi vt veniat mat' dñi mei ad
me: Ecce eñ vt facta eſt vox ſalutatõis tue
in aurib⁹ meis exultauit in gaudio infans i
vtero meo: ꝓphetauit etiã de p̃terito dicens

Et beata que crediſti ſcꝫ angelo: ſubdidit ꝓphetādo de futuro dicēs. Quoniā ꝑficient in te que dicta ſūt tibi a dn̄o. Penſa ğ quāta fuit in corde ꝓphetiſſe ſuauitas ꝯſolatōis quāta dulcedinis ſuauitas ꝑ pñſentia marie ꝛ eiꝰ filij. Tūc ğ maria deo plena nō elata ꝑ vanā gl'iam: ſꝫ in hūilitate firmata: deo attribuens oīe bonū genibꝫ flexis. ꝛ vt pie credo dulciſſimis lachrymis irrigata: mente ꝛ facie ſerena cepit gratias agere ꝛ laudes deo depromere dicēs. Magnificat aīa mea dominū: ꝛ exultauit ſpūs meꝰ. ꝛ ad finem vſqꝫ cōpleuit. Tandē manſit ibi tribꝫ mēſibꝫ ſeruitijs Elizabeth hūiliter ſe mācipādo ꝛ q̄tidie ꝯferendo de angelo ꝛ eiꝰ verboꝝ myſterio q̄ ꝓtulit ſalutādo ꝑut canit eccl'ia. Nec nō ꝛ de eo ꝙ virgo ꝯceperit ꝛ ſine grauamine filiū portaret. Et de xp̄o dn̄o ꝙ ꝑ eū mūdus redimēdus eſſet. Et de his ꝓphetias allegādo. Tandē licētia accepta ꝛ facta reuerentia atqꝫ bn̄dictione relicta: reuerſa eſt ad ꝓpria cū humillima deuotiōe. Scd̄m q̄ꝫ documētū ex p̄miſſis accipe o aīa fidelis. ſcꝫ documētū virtuoſe opationis ꝛ imitationis: intuere oculo fidei ꝛ deuotōis: quātis q̄buſue virtutibꝫ bn̄dicta virgo floruerit in hac viſitatōe. Vide q̄ꝛ aſperitatē penitentie nō refugit: obediētiā ꝓmptā exhibuit: paupertatē ꝛ mūdi ꝯtemptū ſectata eſt: modeſtiam ſeruauit: vide q̄nte fortitudinis: quante honeſtatis: hūilitatis ꝛ pietatis fuerit: intuere in ea feruorē charitatis: nitorē puritatis: deuotionē diuie laudis atqꝫ ꝯſtantiā ꝑſeueratōis. Et in oībꝫ diſce eam imitari: ſtude ei ꝯformari vt poſſis deo. i. filio eiꝰ cōplacere. Terciū deniqꝫ documētū ex p̄miſſis oībꝫ accipe quāta ſcꝫ deuotōne quāta charitate beate ꝟgini debeas deſeruire. vt ex eiꝰ gr̄a ꝛ interuētione valeas ꝛ tu ꝑticipē meritoꝝ eiꝰ te p̄bere: ac diuia gr̄a abundare: ꝛ a cūctis malis liberari. Nō em̄ dubiū q̄n ſicut Elizabeth ꝑ eam repleta eſt gr̄a: ac eiꝰ filiꝰ Johānes ſctificatus ꝛ mūdatꝰ ita ꝛ tu ipa intercedēte poteris a pctō mūdari ꝛ liberari ab om̄i malo. Ut aūt magis hoīes accendant̄ ad deuotionē ꝟginis: vnū miraculū ꝓpt̄ ſimpliciores auditores ꝓponā q̄ hunc ſermonē ꝯcludā. Miraculum. Refert Ant̄. lib. miraculoꝝ ca. xxxvij. ꝙ q̄dam miles in ciuitate narnienſi erat q̄ habebat vxorē pregnātem: habebat ꝛ ſeruientē quēdā ethiopē nigrum ꝛ forte etiā i cortina imago fuit ethiopis. Propter qđ etiā aſpectu frequēti ꝛ fantaſmate generato in fantaſia: generauit ꝛ peperit de ſuo viro legitimo ethiopi ſilēm filiū nigerrimū. Sicut legit̄ de ouibꝫ quas paſcebāt Jacob ꝙ pariebāt ꝓpter aſpectū virgarū illis appoſitaꝝ coloris vicꝫ cōformis oues Geñ. xxx. Vn̄ ex h̄ maritꝰ ſūmā iracūdiā ꝯtra vxorē cōcepit ꝛ remouit eā a ſe ꝛ filiū eiꝰ. Oēs q̄ꝫ amici eam adulterā reputabāt: ꝛ putabāt cū ethiope illo famulo adulteraſſe. Iſta ſic ꝯfuſa ꝛ eiecta: q̄daꝫ die iuit cū puero ſuo ad portū flumis: ꝛ multis preſentibꝫ viris ac mulieribꝫ clamauit ad btāꝫ virginē: q̄ꝛ nō erat culpabilis in h̄ facto: vt oſtēderet inde miraculū euidens. Seruierat em̄ deuote beate virgini vt putat̄. Vn̄ cū ſic fleret amaricata ſe p̄cipitauit ꝛ ſtatim cecidit de portu q̄ altus erat in flumē. Et ecce btā virgo affuit q̄ eaꝫ ꝛ pueꝝ eius ſanos cuſtodiuit inuēti ſunt in flumis fundo ꝛ extracti. Et ecce puer q̄ ꝑus erat nigerrimus meritis btē ꝟginis inuētus eſt albus. Maritus viſo tanto miraculo genibꝫ flexis veniā petijt ꝑ ſuſpitōe. Et illa pepcit. ſꝫ poſtea obtēta licētia a viro caſtitatē tenuit ob amorem dei ꝛ btē virginis. ꝛ in bono vitam ducens ad celeſtia regna btā virgine mediāte ꝑuenit. Ecce igit̄ claret q̄ꝛ qui ad bn̄dictā virginē ꝯfugit ꝛ ei ſeruit nō tm̄ a calūnia et morte mala liberat̄: ſꝫ ꝛ ab infamia purgat̄ ꝛ meritis btē virginis gr̄am acq̄rit in p̄ſenti ꝛ gl'iam in futuro Amen.

Sequit̄ ſecūda ps libri ſcđi de beate virginis iocūdatōe i xp̄i incarnatiōe atqꝫ i ſuo virginali vtero portatōe letabunda.

Exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo Lu. j. Verba ſunt gl'ioſiſſime virginis Marie quibꝫ inſinuat ineffabilē ſui animi iocūditatē quā habuit in filij dei ꝯceptōe ac in eiꝰ vteri virginalis habitatōe ꝛ geſtatōe ꝑ hac ſacra viſitatione. Si nimiꝝ diligēter aduertimꝰ chariſſimi. ſi intento corde ꝯſideramꝰ. vtiqꝫ cōperimꝰ ꝙ hanc feſtiuitatē viſitatōis benedicte ꝟginis ſicut ꝛ ceteras eiꝰ feſtiuitates celeberrimas: ſūma deuotōe: ſūma cordis ꝛ aīe exultatōe excipiēdo bn̄dictā virginē ſūma laude extollere: eiqꝫ in hoc eiꝰ gaudio cōgratus

lari debemꝰ ⁊ tenemur. Qđ oſtendo triplici
ratione.

Primo rōne obligatōis.
Scđo rōne acq̄ſitionis.
Tercio rōne ꝯformatōis.

Primo rōne obligatōis: qꝛ ſicut dicit beatꝰ
Greg. in omel. Quāto creſcūt dona tāto eti
am rōnes creſcūt donoꝝ. Sꝫ ꝑ btām virgi
nē tot ⁊ tanta bn̄ficia ſūt nobis exhibita. et
tā inaudita ⁊ ineffabilia ꝙ ꝑ totā vitā nr̄aꝫ
ſi etiā mille annis viueremꝰ ⁊ mille linguas
haberemꝰ: ſufficiētes laudes ⁊ gratiarū acti
ones reddere ei nō poſſemꝰ. Quis em̄ ſuffi
ciat ei debitas reddere gr̄as cū ꝑ eā a mor-
te eterna liberati ſumꝰ: ꝑ eā ſic nobilitati ſic
dignificati ſumꝰ: ſuꝑ oēm creaturā vt deuꝫ
fratrē habeamꝰ: celeſtes reges effecti ſimꝰ et
oīa bona poſſideamꝰ. Et iō tanto frequētiꝰ
in anno eiꝰ feſta ſūma deuotōe celebrare de
bemꝰ: tanto honorificētiꝰ ei deſeruire tene-
mur: q̄nto maiori bn̄ficio nos obligauit ad
ſui famulatū ne ingrati videamur ⁊ rei corā
ea inueniamur. Hinc eccl'ia pluribꝰ vicibꝰ
eiꝰ feſta freq̄ntat. vt i eiꝰ deuotōe inardeſcāt
eiꝰ filij ⁊ debitū ei honorē ſepiꝰ ꝑſoluant: ꝓ-
pterea dicit Hiero. Si mille ora mihi forēt
ſi tot lingue q̄t in celo ſtelle reſonarēt nō ti-
bi o dn̄a debitas laudes ꝑſoluere ex eq̄ ſuf-
ficerem. Nō em̄ ſufficit lingua carnis tuas
enarrare ṽtutes ⁊c. Scđo rōne acq̄ſitio
nis: qꝛ ex h̄ ſpecialē gr̄am apud virginē acq̄
rimꝰ ſi eiꝰ feſta deuote ꝑcolimꝰ. Nā in hac
viſitatōe Elizabeth ⁊ Johes ſpecialē ꝑ eiuſ
hoſpitationē gr̄am acq̄ſierūt. Nō ḡ dubiū
quin ⁊ nos acq̄rere poſſumꝰ: ⁊ obtinere vt
in noſtro corde hoſpitet̄ xp̄s eiꝰ filius ⁊ ſctā
mater eiꝰ ꝑ ſpecialis gr̄e viſitationē: ꝓut in
hodierno officio canit̄. Inſuꝑ q̄ꝫ in huiꝰ fe
ſti celebratōe acq̄rere poſſumꝰ ſpeciales in-
dulgētias, q̄m ab Urbano papa cū eiſdeꝫ
indulgētijs eſt h̄ feſtū inſtitutū ſicut feſtum
corꝑis xp̄i. ⁊ a Bonifa. pa. cōſilr̄iter ſicut de
alijs extant ꝑuilegia q̄ legunt̄ in matutina-
li officio. Tercio rōne ꝯformatōis: decet
em̄ ſeruos gaudere in gaudijs dn̄i ſui ⁊ cō-
formari ei in volūtate. vn̄ decēs eſt nos cō-
gaudere deo nr̄o ⁊ dn̄e nr̄e ac ſctis: adhor-
tāte ap'lo Rom. xij. Gaudete cū gaudētibꝰ.
Quia aūt i hac viſitatōe gaudiū fiebat deo
⁊ ſctis angelis iuſtiſq̄ꝫ oībꝰ. Naꝫ gaudebat
ꝑmo deꝰ qꝛ eiꝰ incarnatio ag̃ſcebat̄ ⁊ ꝓfite-
bat̄ ab hoībꝰ vicꝫ Elizabeth ⁊ Johe. Se-
cundo gaudebāt angeli qꝛ Johes in vtero
ſctificabat̄. Si em̄ gaudiū eſt angelis ſuꝑ
peccatore ꝯuerſo Lu. xv. multo mag̃ ſuꝑ iu
ſtificato in vtero ꝓphetāte Johāne ꝑ quem
multi pctōres erāt ꝯuertēdi. Tercio gaude
bat Elizabeth ⁊ Johes in vtero eiꝰ. Quar
to gaudebat btā virgo maria. vn̄ ⁊ gaudio
ſum canticū cecinit dicēs. Magnificat aīa
mea dn̄m ⁊c. Debemꝰ igit̄ ⁊ nos gaudere i
ſpū in deo ſalutari nr̄o: ſicut ipa ſe nobis in
exemplū ꝓpoſuit verbis in ꝑmiſſis dicens.
Exultauit ſpūs meꝰ ⁊c. De hac itaq̄ꝫ io-
cunditate bn̄dicte ṽginis loqui intendētes
tria myſteria declarabimꝰ.

Primū dr̄ myſteriū magnitudinis.
Scđm dr̄ myſteriū habitudinis.
Terciū dr̄ myſteriū multitudinis.

Articulus ꝑmus de magnitudīe gaudij
Marie qđ habuit in xp̄i ꝯceptione ⁊ geſta
tione in vtero vbi tria q̄runt̄.

Capitulum. I.

PRimū miſteri
um de gaudijs bn̄dicte ṽginis
declarandū dicit̄ quātitas Cir
ca qđ tria q̄runt̄. Ex q̄bus cla-
reſcit quō vnū gaudiū btē virginis alio fue
rit maiꝰ. Prima q̄ſtio vtrū gaudiū qđ ha
buit btā ṽgo in filij ꝯceptione ac geſtatōne
fuerit maius omi gaudio: qđ habuit totius
vite tp̄e. Ad qđ queſitū q̄dam voluerūt
dicere ⁊ niſi ſunt ꝓbare ꝙ btā virgo ſuꝑ oīa
alia gaudia ſūmū gaudiū habuerit i xp̄i na
tiuitate pluribꝰ rōnibꝰ. Primo qꝛ tūc an-
gelus dixit. Ecce euāgeliſo vobis gaudiuꝫ
magnuꝫ qꝛ natus eſt nobis hodie ſaluator
Lu. ij. Sicut ḡ natiuitas dn̄i fuit alijs cau
ſa magni gaudij ita ⁊ mr̄i. Scđo qꝛ tunc
btā virgo habuit duplicatā delectationē et
gaudiū ſcꝫ vidēdo xp̄ꝫ vtroq̄ꝫ oculo vicꝫ in-
tellectuali ⁊ ſenſuali. In cōceptōe em̄ ⁊ vte
ri baiulatiōe nō viderat xp̄m niſi oculo in-
tellectuali. Sꝫ in natiuitate ꝑmo vidit vtra
q̄ꝫ viſiōe: ſenſuali ⁊ intellectuali: vn̄ ſic in ce-
lo poſt reſurrectionē corpoꝝ maiꝰ erit hoībꝰ
gaudiū q̄ꝫ an̄: eo ꝙ ꝑ tūc vterq̄ꝫ oculꝰ. ſ. cor-
poralis ⁊ mētalis reficiet̄ in viſiōe delectabi-
li hūanitatꝭ ⁊ diuinitatꝭ xp̄i: ita ⁊ in btā ṽgine
ḡ pro tp̄e natiuitatꝭ vterq̄ꝫ reficiebat̄ oculꝰ:
tūc maximū ſuꝑ oīa habuit gaudiū. Ter-

cio q̄ꝛ beata virgo ꝑus habuit gaudiū ſolū de hoc ꝙ virgo ꝯcepit. ſed in natiuitate habuit inſup ꝙ virgo pepit v̄go lactauit: et deum ac dulciſſimū filiū amplexata eſt: oſculata eſt: fouit in gremio ꝛ nutriuit. Vn̄ Iſa. xxxv. Germinās germinabit ſicut liliū ꝛ exultabit letabūda vt laudās. g̃ tunc maximū habuit gaudiū. Alij ſunt q̄ arguūt ꝛ ꝓbare nitunt̄ ꝙ maxim gaudiū habuit ſup oīa virgo bn̄dicta in xp̄i reſurrectōe. q̄ꝛ tunc eccleſia ſpecialiꝰ vtit̄ cāticis exultatōis: canēs illud p̄s. Hec dies quā fecit dn̄s exultemꝰ ꝛ letemur in ea. Et tūc frequētat canere alleluia: magis q̄ȝ in alio feſto. g̃ ꝓ tūc oībus et ꝯſequēs etiā v̄gini maiꝰ fuit gaudiū. Item btā virgo plꝰ dilexit filiū q̄ȝ totū mūdū ꝛ ſe ipam. g̃ plꝰ gauiſa fuit de bono filij ſui q̄ȝ de bono totius mūdi. Sȝ xp̄s maximū bonū ꝯſecutus eſt i reſurrectōe ꝛ maximū tūc habuit gaudiū quādo gaudebat cū corpe glorioſo aīa ꝛ diuīitate. g̃ ꝛ dn̄a nr̄a tūc magꝭ debuit gaudere. Tercio ſūt alij q̄ arguūt ꝙ maximū gaudiū habuit btā virgo in filij aſcēſione inter oīa vite ſue gaudia. q̄ꝛ tūc filius habuit maxim gaudiū qn̄ oēm curſum ſui opis cōplens reuerſus eſt in celū cū oībꝫ ſanctis ſūma iocūditate i palatiū celeſte de exilio huiꝰ mūdi. Vn̄ p̄s. Aſcēdit deꝰ in iubilo: g̃ ꝛ eiꝰ mater ꝓ tūc habuit gaudiū maximū. Itē quia tunc porta celi ꝛ ianua apta eſt homi et ruina angelica reſtaurata. Deniq̄ȝ tūc maximꝰ honor filio ꝛ matri exhibitꝰ ē quādo caro de virgine aſſumpta ſup oēs angelos eſt exaltata ad dexterā dei patrꝭ. g̃ tunc maximū habuit gaudiū benedicta virgo. Hec oīa ꝛ plura argumēta q̄ poſſent ꝓduci ponit Alber. magnꝰ ſup miſſus eſt. ca. cxcv. ꝛ ſequētibꝫ. Ad q̄ſtionē itaq̄ȝ ſm veritatē rn̄det̄ ſm eundē Alber. ibidē. ca. ccj. ſub tali diſtinctōe. ꝙ vnū gaudiū btē virginis ad aliud poſſumꝰ dupliciter compare. Vno mō ſm ꝙ poſteriꝰ gaudiū includit in ſe ꝑus. ꝛ ſic nulla eſt q̄ſtio nec difficultas in hac re. q̄ꝛ ſic ipa gaudia poſteriora ordinātur ad pora ꝑ additionē. Vn̄ ſicut manifeſtum eſt ꝙ duo ſunt plura q̄ȝ vnū ꝛ tria q̄ȝ duo. Ita manifeſtū eſt ꝙ gaudia ſubſequētia ꝯceptōis gaudiū ſūt plura. ꝛ ſic maiora. quia gaudiū natiuitatꝭ includit in ſe gaudium ꝯceptōis ꝛ gaudiū reſurrectōis ꝛ gaudium natiuitatis ꝛ ſic ꝯſequenter. Alio mō vt fiat compatio ꝑ ſepationē: ita ꝙ poſteriꝰ gaudium accipiat̄ ꝑ ſe ſine intellectu ꝑoris. Et ſic dico ꝙ gaudiū hoc q̄d beata v̄go habuit in ꝯceptione maiꝰ fuit oībus gaudijs vite ꝛ vie. ꝛ ꝓbatur Primo autoritate. Secūdo rōne. Tercio exemplari ſilitudine.

Primo inquā autoritate: q̄ꝛ ipſa i ſuo cātico gaudioſiſſimo ꝓteſtata eſt h̄ cū ait. Exultauit ſp̄us meus i deo ſalutari meo. ꝛ nullibi al's legit̄ id de ſe dixiſſe vel ſimile. ergo videt̄ ꝙ ꝓ tunc maximū ſup oīa gaudiū habuerit. Scdō ꝓbatur rōne: q̄ꝛ gaudium penſat̄ eſſe magnū ꝛ maius ex dono Iob. iij. Quaſi effodiētes theſaur̄ gaudent vehemēter cū inuenerint. g̃ ex ſūmo dono ſūmū ꝯſurgit gaudiū. Sed in ꝯceptione btā virgo accepit ſūmū donū. Dum eni ei deꝰ pater ſuū filium dedit quō nō cum illo oīa donauit: vt dicit apl's. ergo tunc ſūmū gaudium habuit. Et ꝯfirmat̄: q̄ꝛ tūc cū ſūmo dono incōuertibili accepit cauſā ꝛ meritū ad oīa alia dona neceſſario ꝯferenda. Ex h̄ q̄ꝑpe ꝑmo dono ſcȝ ꝯceptionis ꝛ eius gaudio oīa alia dona ſūt ſubſecuta ſcȝ natiuitas reſurrectio aſcenſio. g̃ hoc eſt maiꝰ oībus alijs quoniā cauſa ꝑſtantior eſt effectu. vt dic̄ autor lib. de cauſis. Aliud exemplū de rege vl' ep̄o q̄ cauſaliter plꝰ gaudet de dignitate ad quā eligitur hodie q̄ȝ de ꝓuentu ſequēti i futuro. Vn̄ patȝ ꝙ gaudiū ꝯceptionis ſimpliciter fuit ſūmū quo ad oīa gaudia vite ꝛ vie quia fuit origo ꝛ cauſa oīm alior̄ gaudior̄ ꝛ oīa in ſe clauſit cauſaliter neceſſario ſubſequēda. Et ꝑ hoc patȝ reſpōſio ad argumenta quibꝫ ꝓbabat̄ oppoſitū ꝛc. Tercio oſtēditur ꝛ ꝓbat̄ ſilitudine tali. Si eni aliquis haberet pignus ꝓ centū marcis vel ducatꝭ obligatū. ꝛ aliquis daret ei nonaginta marcas vel ducatos ad pignoris ſolutionē: faciens ipi pignoranti cautionē ꝙ tpibus determinatis daret alias decē marcas vel ducatos ſibi: ita ꝙ q̄libet tpe duas. Nō ſecūda datio ꝓpinquiꝰ ꝛ plus diſponit ad pignoris ſolutionē q̄ȝ ꝑma ꝛ tercia plꝰ q̄ȝ ſecunda vſq̄ȝ ad quintā: vbi plene ſolutū eſt pignus Et tn̄ ꝑma datio plꝰ alijs ꝯtulit dupliciter. tū q̄ꝛ maiꝰ dedit. tū q̄ȝ q̄ꝛ de alijs dandis ſecurū fecit. Silr̄ eſt in ꝓpoſito: qn̄ dn̄s dedit beate v̄gini ſuū filiū i vtero vt mater fieret dei cauſam dedit ꝛ ſecuritatē ꝙ de ipa naſceret̄ ꝛ hoīeȝ redimeret ꝛ tercia die reſurgeret; in

celū̃qꝫ aſcēderet ⁊ hoīes ſctōs illic colloca‑
ret. ḡ ſeq̇ꝛ ꝙ maximū̃ gaudiū̃ in vita tota be
ate ꝟginis fuit gaudiū̃ ꝯceptōis. Hec Alb.
vbi ſup̄. Queſtio ſcd̄a. Cap. II.

SEcū̃da q̄ſtio circa q̄ntitatē eiꝰ gau‑
dij occurrit talis. Utrū̃ gaudiū̃ cō
ceptōis fuerit maiꝰ nō ſolū̃ gaudijs
vie: ſꝫ etiā gaudio aſſumptōis bn̄dicte ꝟgi‑
nis: vel ecōuerſo. Arguere potes ꝙ gaudi
um aſſumptōis fuerit maiꝰ ⁊ oībꝫ maximuꝫ
gaudijs in vita habitꝭ: qꝛ in aſſumptōe ha‑
buit ꝑfecte gaudiū̃ fruitionis diuīe bn̄dicta
virgo: an̄ aūt nō: ⁊ illud eſt maximū̃. ḡ ⁊c̄.
Itē gaudiū̃ aſſumptōis nullā patiꝛ ſecuꝫ
triſticiā ſꝫ oīa alia gaudia p̄miſſa mixta fue
runt triſticia aliq̄li. Nā ī natiuitate ⁊ ſi vir‑
go gaudebat qꝛ deū̃ genuerat. tn̄ habuit cō
mixtā triſticiā cōpaſſiōis ꝓpter xp̄i fletum ⁊
vagitū̃, vt canit eccl̄ia. Siliter in reſurrecti
one ⁊ aſcēſiōe aliqualē triſticiā admixtā eiꝰ
gaudiū̃ habuit: quia qn̄qꝫ ſubtrahebaꝛ filij
ſui p̄ñtia. ḡ gaudiū̃ aſſumptōis fuit maius
oībus illis. Itē quero qd̄ hoꝝ ſit maiꝰ. an
eſſe beatū̃ vel ēē matrē dei. Et h̄ dico ſepan
do alteꝝ ab altero. Cōſtat qꝛ maiꝰ eſt eſſe be
atū̃: qm̄ h̄ ꝑtinet ad donū̃ ⁊ gaudiū̃ patrie:
q̄ꝫ eſſe matrē dei ſine btitudine patrie: qd̄ ꝑ‑
tinet ad ſtatuꝫ vie: ḡ btā virgo maiꝰ accepit
donū̃ ⁊ gaudiū̃ in aſſumptōe tan̄qꝫ ſm̄ ſta‑
tū̃ patrie q̄ꝫ in ꝯceptōe vl̄ natiuitate vbi ha
buit gaudiū̃ ſm̄ ſtatū̃ vie. Sꝫ ꝯtra q̄ dato
daꝛ reliquū̃ ⁊ nō ꝯuertiꝛ maiꝰ eſt illo. ſꝫ da‑
to ꝙ ſit dei mater. daꝛ btitudo fruitōis ſaltē
cauſaliter: qꝛ q̇cq̇d eſt maiꝰ maiore ē maius
minore. iꝫ. thopico. Sꝫ maiꝰ eſt eſſe matreꝫ
dei qꝛ digniꝰ, ḡ hoc maius oībus gaudiū̃.
Ad q̄ſtioneꝫ rn̄deꝛ ſm̄ Alber. vbi ſup̄. ꝙ
gaudiū̃ dn̄e in ꝯceptōe ⁊ gaudiū̃ eiꝰ in aſſū
ptiōe ſe habēt vt excedētia ⁊ exceſſa: qꝛ gau
diū̃ ꝯceptōis maiꝰ fuit cauſaliter. Gaudiuꝫ
ꝟo aſſumptōis maius fuit actualiter. Naꝫ
in ꝯceptōe maioꝛ fuit diuīe bonitatꝭ oſtēſio
maioris doni collatio: maioꝛ dilectōis exhi
bitio: ⁊ hec oīa cauſaliter. In aſſumptōe ve
ro maioꝛ fuit doni collatio: maioꝛ affectꝰ ex
altatio ⁊ deificatio: maioꝛ cū̃ dilecto cōiun‑
ctio: ⁊ h̄ actualiter. Et ꝑ h̄ patꝫ reſponſio
ad obiecta. qꝛ arguū̃t qd̄ maius fuerit gau‑
dium aſſumptōis actualiter qd̄ veꝝ eſt. At
tamē cauſaliter maiꝰ fuit gaudiū̃ ꝯceptiōis
qm̄ ip̄a diuīa ꝯceptio fuit ⁊ cauſa aſſumpti
onis de q̄ ſecurauit ⁊ certuꝫ reddidit btām
virginē. Et poſita illa cauſa. i. diuīa ꝯceptio
ne ponebaꝛ iſte effectꝰ. i. aſſumptio ⁊ gl̄ifica
tio ſuo tp̄e ꝯferēda. Et ſic claret reſpōſio ad
q̄ſtionē. Hec Alber. vbi ſup̄. ⁊c̄. vicꝫ ca. ccj.
Queſtio tercia. Cap. III.

TErcia q̄ſtio occurrit. vtꝝ vicꝫ ī hac
ꝯceptōe ⁊ filij dei portatiōe ī vtero
maius gaudiū̃ habuerit de ꝟginita
te q̄ꝫ de ꝯceptōe vl̄ maternitate ⁊c̄. Et po
teſt argui ꝙ in ꝟginitate plꝰ gaudebat: qꝛ h̄
eſt donū̃ excellētiſſimū̃ ꝑ quā hō fit ſoroꝛ an
geloꝝ. vt dicit Hiero. Et ꝑ ꝟginitate debeꝛ
in celeſti regno aureola. Nō aūt ꝓ ꝯceptōe
vel maternitate. ḡ de ꝟginitate maiꝰ gaudiū̃
habuit. Sꝫ ad q̄ſtionē breuiꝛ rn̄deꝛ ſicut
accipiꝛ ab Alexan. de hal. ⁊ Alber. magno.
ꝙ indicibiliꝛ maiꝰ gaudiuꝫ habuit bn̄dicta
virgo de ꝯceptōe ⁊ mr̄nitate q̄ꝫ de ꝟginita‑
te ⁊ h̄ oſtēdiꝛ. Primo rōne dignitatis: qꝛ
maiorē dignitatē obtinuit ꝑ h̄ ꝙ ē mater q̄ꝫ
ꝑ h̄ ꝙ eſt ꝟgo. qm̄ ꝑ h̄ ꝙ ē mater habꝫ ꝙ ſit
mater dei: regina celi: dn̄a mū̃di ⁊ oīm ange
loꝝ ac hoīm impatrix ⁊c̄. Nimiꝝ eiꝰ gaudi‑
um nō terminabaꝛ ad ſolū̃ ꝯceptuꝫ vel ma
ternitatē: vt in h̄ ſolo gauderet ꝙ eſt mr̄ vel
ꝙ ꝯcepit. h̄ em̄ cōe eſt oīm matrū̃. Sꝫ refe‑
rebaꝛ ad id cuiꝰ eſt mr̄: ⁊ quē ꝯcepit. qꝛ vicꝫ
deū̃ ⁊ creatorē oīm ꝓpter qd̄ ſūmū̃ in h̄ gau‑
diū̃ habuit. Scd̄o oſtēdiꝛ rōne charita‑
tis: qꝛ ip̄a diligebat filiū̃ ſuū̃ vtpote deū̃ ſup̄
ſeip̄am. ḡ magis gaudebat de filio ⁊ in filio
q̄ꝫ de ſeip̄a vel in ſeip̄a. Sꝫ ꝟginitas ꝑtinet
ad ſeip̄am: mr̄nitas vel ꝯceptio ad filiū̃ quē
ꝯcepit ⁊ cuiꝰ mater eſt. ḡ magꝭ gaudebat de
mr̄nitate q̄ꝫ de virginitate. Tercio rōne
vtilitatis. qꝛ eiꝰ cōceptio fuit vtilioꝛ q̄ꝫ ꝟgi‑
nitas. qm̄ ad oīm hoīm ſalutē ⁊ redēptionē
ac angeloꝝ repationē ſpectabat vt dei ma‑
ter fieret. Nō ſic aūt ꝟginitas niſi ex ꝯſeq̄n‑
ti: qꝛ vicꝫ ad h̄ ꝙ ſit aliq̄ mater dei p̄require
baꝛ ꝟginitas. ⁊ includiꝛ ꝟginitas in dei ma
ternitate: qm̄ ꝯcepit ⁊ pepit ꝟgo: nō aūt ecō
uerſo, qꝛ multe ſūt ꝟgines q̄ nō ſunt mr̄es
dei. ḡ maiꝰ gaudiū̃ habuit d̄ mr̄nitate q̄ꝫ de
ꝟginitate. Ad illud aūt in cōtrariū̃ rn̄deꝛ
ꝙ q̄ꝫuis virginitas abſolute ⁊ ſepate maioꝛ
ſit q̄ꝫ maternitas vel fecū̃ditas. qꝛ ꝟginitati
ꝓpter cōtinētiā debeꝛ fructꝰ centeſimꝰ ⁊ au‑
reola: nō aūt fecū̃ditati vel mr̄nitati ſm̄ ſe ⁊
vt cōiter eſt in hoībꝫ q̄ nō poſſunt eſſe mr̄es

niſi amittāt ꝟginitatē. Tū̃ relatiue ſcʒ referē
do mr̃nitatē ad eū cui⁹ ē mr̃ qꝛ dei ⁊ ad mo-
dū miraculoſuʒ q̃ facta ē mr̃ dei. qꝛ ſpūſſcti
ꝟtute ⁊ ꝟginitatꝭ glīa ꝑmanēte. Sic clarū ē
ꝙ mai⁹ ē eſſe mr̃em q̃ꝫ ꝟginē: ⁊ glīa tal' mr̃ni
tatis ac gaudiū ei⁹ excedit omnē aureolā ac
gaudiū ⁊ glīam ꝟginitatis. Ex q̃bꝫ oībꝫ ꝑ
ꝑpēde o deuota aīa q̄ntū fuerit gaudiū i cor-
de ꝟginis vt merito diceret. Exultauit ſpūs
Sʒ in q̃: vtiqꝫ nō i mūdanis vanitatibꝫ: nō
in caducis ⁊ trāſitorijs rebꝫ: nō in auro vel
argēto in q̃ auari exultāt. Sʒ in deo in q̃ ſo
lo ꝟa eſt leticia: ꝟe diuitie: veri honores ⁊ ve
ra bona. In deo inquā ſalutari meo. H̃ eſt i
xp̄o ſaluatore q̃ eſt ih̄s bn̄dict⁹ Et nos ergo
chariſſimi: exultem⁹ nō i rebꝫ peſſimis ⁊ va
nis: ſed exēplo Marie in deo nr̄o ſaluatore
dulci ih̄u: in ip̄o viuam⁹: in ip̄o iocūdemur
in ip̄o oēs nr̄i cogitat⁹ ⁊ affect⁹ dulciter pa-
ſcant᷑. O q̄nta dulcedo cordis. O q̄nta dele
ctatio aīe eſt exultare in dulci ih̄u: ꝓ certo il
le ſol⁹ nouit q̃ guſtauit ⁊ vidit qm̄ ſuauis ē
dn̄s: qm̄ teſte Bern̄. Sol⁹ expt⁹ nouit cre-
dere qd ſit ih̄m diligere ⁊ in Ih̄u gaudere.
Nō nouerūt h̃ carnales hoīes: nō mundū
diligētes: nō auari: guloſi vel ſupbi vicioſi
quiqꝫ: qꝛ nō inuenit᷑ in terra ſuauit᷑ viuētiuʒ
ſic dicit Job. ca. xxviij. O ſi nouiſſent. O ſi
deguſtaſſent: ꝑfecto ab oī malicia ⁊ ꝯcupia
deſiſterēt. qm̄ teſte btō Grego. Guſtato ſpū
deſipit oīs caro Sʒ iō tu pctōr homūtio to
to affectu inheres carni et mūdo. qꝛ putas
ibi magnas tibi eē delectatōes cū tn̄ pena ē
ſano cordi oīe delectabile carni vel mūdo
Sʒ excutere o aīa parūꝑ de puluere. Ex-
ꝑgiſcere de ſomno viciorꝫ: ⁊ cōprobabis q̃-
niā ſicut dicit Grego. Uerꝫ eſt ꝙ maior ē de
lectatio mētis in xp̄o q̃ꝫ vētris. Audi ⁊ btm̄
Bern̄. dicētē. Abſit inq̃t ꝙ h̃ i ſpū maiores
delectatōes nō habeam⁹ q̃ꝫ in q̃libet corpo
ris feditate. Certe bn̄dicta virgo maria hos
ſpūales decores, has delectatiōes ſuauiſſi-
mas ſenſerat in xp̄o ih̄u amoroſiſſimo: ⁊ id
circo ſūmo iubilo cordis paſcebat᷑ ſpūs ei⁹
ꝓpterea eructabat plena iocūditate ⁊ dice-
bat. Exultauit ſpūs me⁹ i deo ſalutari meo.
O felix maria ꝑ illam tuā exultationē te do
mina deprecor vt mihi peccatori des exul-
tari in deo ſalutari meo. in Jeſu benedicto
in filio tuo. in fructu ventris tui dulciſſimo
⁊c. Amen.

Articulus ſecūdus de affectu deuotōis
quē q̃libet fidelis debet habere ad gaudia
marie. Caplm̄. I.

SEcundū miſte-
riū dicit᷑ deuote habitudīs vbi
declarabim⁹ quali affectu ⁊ de-
uotione debet ſe habere vnuſq̄ſ
q̃ꝫ fidelis ad gaudia benedicte ꝟginis ma-
rie. Sunt q̃ppe gaudia ei⁹ nimis affectuo-
ſa deuotis cordibꝫ. Et ſedule recogitata de-
uotionē inflāmant: charitatē igniūt: ac vber
tate gratie ſpiritalis dulciſſime paſcunt ani
mū. Circa h̃ aūt tria ſunt ꝯſiderāda.

Primo que ſunt gaudia beate virginis
ſepius recolenda.

Secundo qualiter iſta gaudia beate vir
ginis ſint recogitanda.

Tercio que bona ꝓueniant hoībꝫ ꝑ gau
dia virginis ſic recordata.

Ad ꝓmū vicʒ que ſint iſta gaudia beatiſ
ſime virginis ſepi⁹ recolenda. R̄ndeo ꝙ li-
cet ſint plura et varia ꝺm qd deuotorꝫ varie
tas ſueqꝫ deuotōis affectus in vnoqꝫ expo
ſcit. Tamē magis ꝓncipalia ꝟginis gaudia
ſunt ſeptem q̃ cōius a deuotis affectione ſe
dula meditant᷑ ⁊ colunt᷑ Primū ē gaudiū
qd habuit i angelica annūciatiōe et filij dei
ꝯceptōe. Scdm̄ ē gaudiū qd habuit i vi
ſitatione ⁊ eiuſdem filij dei in vtero portati
one. Terciū in xp̄i natiuitate. Quartū
eſt magorꝫ adoratione: et diuītatis ſui filij
manifeſtatiōe: tum ꝑ angelos: tuʒ ꝑ ſtelle ap
paritionē. Quintū in reſurrectōe. Se
xtum in aſcēſione et filij ad dextram patris
ſeſſione. Septimū in ſui aſſumptōe in ce
luʒ. De quibꝫ oībus gaudijs q̃ꝫ multiplicit᷑
ſit i vnoqꝫ iocūdata ſuo loco patebit. Sūt
⁊ alia ei⁹ gaudia: puta gaudium qd habuit
in filij inuentōe in templo. in purificatōe. in
miraculorꝫ xp̄i opatione. in ſpūſſctī miſſio-
ne. et de ſimilibꝫ. Sed ꝓmiſſa ſeptē cōius a
deuotis tāq̃ꝫ ꝓncipaliora ſolent frequētari
et certis obſequijs deuotōis honorari. Li-
cet ⁊ iſta alia a pleriſqꝫ ſoleāt deuoti⁹ medi-
tari. Uñ in h̃ relinquo vnicuiqꝫ qd ſua de
uotio expoſcit faciēdū. ꝓmiſſa ꝟo ꝓpter ſim-
pliciores volui enumerare.

Capitulum. II.

SEcūdo cōſiderādum hic eſt: q̄liter
iſta gaudia virginis ſint recogitan

da. Pro quo notandū ꝙ q̄cūq꜡ vult deuoti⁹ iſta benedicte ꝟginis gaudia recogitare ac ſpecialē grām apud ꝟginē ꝑ h̄ acq̇rere pci⸗pue q̈ttuor modis dꝫ ſe ī iſta gaudioꝝ reco⸗gitatōe exercere. Primo attente meditan⸗do: qm̄ cordis euagatio ſi admittat̄ impe⸗dit deuotionē vt manifeſta docet experiētia Idcirco dicit ſctūs Tho. ij. ij. q. lxxxiij. ꝙ q̄ vult vt in orōne vel cogitatōe diuina mens ei⁹ reficiat̄ dulcore deuotōis. debet habere attentionē. Et Bonauē. ponit exemplū li⸗bro de informatōe nouicioꝝ dicēs: ꝙ ſic ar⸗bor q̄ dimittit̄ ī latū ramos extēdere: nō cre⸗ſcit in altū: ſed rami ſunt pſcindēdi: vt in al⸗tum arbor exurgat. ita euagatio mētis ꝑ la⸗tū mūdū ⁊ ei⁹ negocia īpedit ne exurgat ani⸗mus ad ſupna. Hinc ps. dicit. In medita⸗tione mea. ſ. attēta exardeſcit ignis vicꝫ de⸗uotōis. Scd̄o debet ſe hō in hac recogi⸗tatione exercere grās deo agendo. debꝫ eīm mens deuota grās agere ꝓ bn̄ficijs ꝑ bea⸗tā virginē impēſis ipī deo: vt ſic de⁹ ꝓuocet̄ ad maiora donāda: ſicut docet btūs Bern̄. ⁊ Grego. Qui vult inq̇t eſſe dign⁹ dandis: grates agat de datis. Et h̄ marie placet be⸗ate virgini: vt hō de ſeipa ꝟgine Maria: et ꝓ ſe gratias agat deo in bn̄ficijs ꝑ eaꝫ acce⸗ptis ⁊ gaudijs ipī ſcꝫ marie ac nobis cumu⸗latꝫ. ꝓpterea ⁊ ipa grās egit di. Magnificat aīa mea dn̄m. vt exemplū nobis daret gra⸗tias agendi deo de bn̄ficijs q̄bus eam ⁊ to⸗tū genus humanū letificauit. Tercio de⸗bem⁹ gaudia ꝟginis recogitare intime con⸗gratulādo: debem⁹ q̇ppe cōgratulari bene⸗dicte ꝟgini in ei⁹ gaudijs. Vn̄ ecclīa canit ī eius pſona inuitādo ad id ⁊ dicit. Congra⸗tulamī mihi q̄ diligitis dn̄m: quia cū eſſem puula placui altiſſimo et de meis viſceribꝫ genui deū ⁊ hoīem. Profecto maxime debe⸗mus beate ꝟgini cōgaudere: q꜡ oīa ei⁹ gau⸗dia ad noſtrā ptinēt maximā vtilitateꝫ. Ex hac nimiꝝ cōgratulatōe cordis noſtri traſ⸗formamur in cor ⁊ amorē bn̄dicte ꝟginis: ⁊ mira deuotōe ſuauitatꝭ infundemur vt ſen⸗tiam⁹ que ipa ī his gaudijs ſentiebat: vt cla⸗ret experimēto. Vn̄ Hugo de arra ſponſe di⸗cit. Scio aīa mea q꜡ amor ē vita tua ⁊ ipa vi amoris in ei⁹ quē diligis ſilitudinē tranſ⸗formaris. Hec ille. Quarto debem⁹ reco⸗gitare gaudia ꝟginis certa orōne obſequē⸗do ⁊ honorādo: vt ſaltē vnuꝫ aue maria ad minus dicam⁹ ad ſingula ei⁹ gaudia: aut alī⸗quā deuotā orōnē: collaudationē aut bn̄di⸗ctionē. Vn̄ Sap. vj. Cogitare de illa ſen⸗ſus eſt ꝯſūmat⁹. ⁊ q̄ vigilauerit ſcꝫ in orōne ꝓpter illā cito erit ſecur⁹. Hec ibi. Itē Ecci. xxxix. Cōfitemī illi ī voce labioꝝ veſtroꝝ ⁊c̄. Hinc Beda dicit. Exorāda eſt clemētia ſal⸗uatoris iugiter vt beate mr̄is eius memori⸗am cōgruis officijs nos digne faciat vene⸗rari. Hoc etiā eccleſia petit in orōne ad pri⸗mā ꝟginis bn̄dicte di. De⁹ qui aulā virgina⸗lē in qua habitares eligere dignat⁹ es: da q̄⸗ſum⁹ vt ſua nos intercesſ. mu. iocundos faci⸗as ſue intereſſe cōmemoratōi. Qui itaq꜡ ꝑ⸗miſſis modis gaudia btē ꝟginis recolit pfe⸗cto gratie eius ꝯſolatiōe nō carebit niſi ali⸗unde aſſit impedimentū ⁊c̄.

## Capitulum. III.

Tercio in h̄ articulo videndū reſtat que bona ꝓueniāt hoīb꜡ ꝑ ipa gau⸗dia ꝟginis ſic meditata ⁊ recordata. Ubi aduertendū ꝙ ſicut ex multꝭ reuelatōi⸗bus ⁊ miraculis colligere poſſum⁹ plurima bona acq̇runt et acq̇rere poſſunt deuoti ꝑ iſtoꝝ gaudioꝝ recordationē: ſicut ⁊ a pleris acq̇ſita meritis btē ꝟginis compiunt̄. Pri⸗mū bonū eſt grē ſpecialis impetratio. nā ſi⸗cut atteſtati ſunt ſancti fratres ſocij vicꝫ ſcti Bernardini de ſenis ordinis minoꝝ: dum ipe vicꝫ Bernardin⁹ viueret oretenus dice⸗bat ꝙ oēm grām quā haberet vel habuiſſet ꝑ deuotā recordationē gaudioꝝ btē ꝟginis pro q̄bus ſingulis dieb꜡ ſolit⁹ erat porare coronā ꝟginis acq̇ſiuiſſet ⁊ obtinuiſſet ⁊c̄. Scd̄m bonū q̇d ꝓuenit eſt deuotōis in⸗flāmatio vt certa docet expientia ⁊ iā ſupra tactū eſt. Referebat mihi q̄dā frater ordinis minoꝝ laudabilis vtiq꜡ vite. ꝙ ipe ſingulis dieb꜡ certo numero diceret Aue maria: re⸗cordando ꝟginis gaudia. Et ꝙ q̄ncunq꜡ h̄ faceret mirabilit̄ inflāmaret̄ ⁊ ineffabili dul⸗core deuotōis ignirēt. Terciū bonū eſt ī morte ꝓtectio ⁊ letificatio. Cōgruū eīm ⁊ di⸗gnum eſt vt q̄ in pſenti gaudia nūciat virgi⸗ni in tpe anguſtie mortis ⁊ in futuro letifice⸗tur effectus pticeps gaudioꝝ ei⁹. vt dic be⸗atus Anſ. in li. miraculoꝝ. ca. xxij. Ad id re⸗ferendo tale miraculū. ꝙ q̄daꝫ cleric⁹ deuo⸗tus Marie q̇tidie ꝯtra dolorē q̄nq꜡ vulne⸗rū xp̄i ſic Mariā ꝯſolabatur di. Gaude dei genitrix virgo imaculata gaude que ab an⸗

gelo gaudiū ſuſcepiſti. gaude ꝗ genuiſti eter
ni luminis claritatē: gaude mater: gaude ſctā
dei genitrix virgo tu ſola mater innupta te
laudat factura. genitrix lucis ſis pꝛo nobis
queſumꝰ ꝑpetua īteruētrix ad dūm ihm xp̄z
⁊ hec anth. frequētat̄ in ſcholis. Cūqꝫ lan-
guoꝛe coꝛreptꝰ ad extremū veniſſet cepit ni
mio pauoꝛe turbari ⁊ anxiari. Cui apparu-
it ſctā maria virgo dixitqꝫ ei. Cur tāto timo
re trepidas: ꝙ toties mihi gaudiū nūciaſti.
Ne paueas qm̄ nil mali patieris: ſꝫ gaudij
mei ꝙ ſepiꝰ ꝑcinebas pticeps eris. Audiēs
hec ille putauit ſe ſanitati reſtitutū ⁊ dum ſe
cū leticia erigere vellet: aīa eiꝰ egreſſa eſt e
coꝛpe ⁊ in celeſtia gaudia euolauit. ꝰ ꝑpēſan-
dū eſt q̄nta deuotōe debeat reuereri btā vir
go ꝙ ſibi ſeruiētibꝫ nō deſinit auxiliari. Hec
Anſ. Quartū bonum petitionū exauditio.
nō em̄ dubiū qn btā virgo ꝓ ſuis deuotꝭ in
tercedat apud filiū. Cui nō eſt phas negare
quicq̄d petierit. vn̄ Bern̄. li. de laude virgi
nis. Data eſt tibi poteſtas o maria in celo ⁊
in terra: vt q̄cquid volueris valeas impetra
re. Hinc cōis opinio fert̄ in regno hūgarie
eſſe ꝙ quiſq̄s ad memoriā gaudioꝝ btē vir
ginis ⁊ ꝑcipue eiꝰ gaudij qꝺ habuit in cōce
ptione ⁊ poꝛtatōe in feſto annūciatōis eiuſ
dē virginis aut relq̄s feſtiuitatibꝫ eiꝰ mille
aue maria cōpleuerit q̄cq̄d petierit impetra
bit: ſꝫ hoc veꝝ eſſe putes nō neceſſario: ⁊ cū
hoc obſeruatis cōditōibꝫ q̄ req̄runt̄ ad hoc
ꝙ oꝛatio exaudiat̄ vt ſcꝫ petat̄ id qꝺ ē ad ſa
lutē. Et ß ꝓ ſe pie ⁊ humiliter ac ꝑſeuerāter
⁊ fideliter. Ad ꝑmiſſa ꝯfirmāda facit etiā
miraculū qꝺ articulo tercio hꝰ ptis ſubſcri-
Sexta ꝯſideratio totalis deſolatõis: qꝛ videbat ꝓgo filiũ totaliter deſolatũ: ⁊ in tot tormẽtis ac tãtis paſſionib⁹ nullũ ꝯſolatorẽ habẽtẽ. cũ alij etiã malefactores in hora deductõis ad mortẽ ſoleãt habere aliquẽ ꝯſolatorẽ ⁊c. Idcirco xp̄s dicere poterat illud ps. Et ſuſtinui q̇ ſil' me cũ ꝯtriſtaret: ⁊ q̇ me ꝯſolaret nõ inueni: immo nõ ꝯſolabant chriſtũ iudei: ſ; illudebãt ⁊ blaſphemabãt cũ ꝑncipib⁹ ſacerdotũ. nõ gẽtiles. ſ; ꝑcutiebãt in faciẽ: flagellabãt ⁊ coronabãt ſpinis. ⁊ qđ nulli latrõi irrogat vt vic; ꝓpriũ patibulũ in dorſo portet ad locu; ſuſpẽſionis: h̄ xp̄o fecerũt qꝛ cõpulerũt ipm portare crucẽ ſuã ꝓprio dorſo ad locũ crucifixionis. Deniq; xp̄m nõ ꝯſolabant diſcipuli q̇ oẽs fugerãt. Preterea nõ ꝯſolabat pat' etern⁹ q̇ ꝓ nobis tradidit illũ: ⁊ ꝑmiſit crudelia agi in ipm q̄ vellẽt iudei. vñ clamauit in cruce. De⁹ deus me⁹ vt q̇d dereliq̇ſti me. ſ. ꝑmittendo agere ꝯ me iudeos ⁊ crucifixores oĩa crudelia q̄ vellet i mea afflictõe. Itẽ qđ plus ẽ: ipa ps intellectiua aĩe xp̄i q̄ fruebatur deo ꝯtinue ꝯſolata nõ eſt ipſu;. ſ; dereliq̇t ſenſitiuã tãtis dolorib⁹ imerſa; qđ nulli ſctõꝝ accidit. Vñ cũ ſancti clamauerũt i tribulatõib⁹ ⁊ dñs exaudiuit eos. teſte ps. Et ſi nõ ſp̄ exaudiuit liberãdo a penis. tñ exaudiuit mentẽ eoꝝ ꝯſolando vt in ꝟtute patiẽtie ꝑſiſteret. xp̄s tñ clamauit ⁊ nõ eſt exauditus: qꝛ nullã ꝯſolationẽ etiã in mẽte habuit. Proptea ſe tãtũ derelictũ clamauit. Hec pẽſauit maria ⁊ iõ ſũme doluit ⁊ fleuit dicẽs illud Treñ. j. Ego plorãs et ocul' me⁹ deducẽs lachrymas qꝛ lõge fact⁹ ẽ ꝯſolator

## Capitulum. VII.

Septima ꝯſideratio localis deſpectionis. nã marie dolor excreſcebat in eo ꝙ in loco deſpectiſſimo. i. in golgatha q̇ erat loc⁹ caluarie: qꝛ ibidẽ erãt oſſa caluarie cadaueꝝ interfectoꝝ vbi occidebãt viliſſimi hoĩes: ribaldi et latrones. ibi rex regũ xp̄s occiſus ẽ: ⁊ ibi ſub cruce ipſius ſtetit mr̄ virgo ſctiſſima et ꝓecũdiſſima honeſtate ꝑdita vt merito xp̄s ⁊ mr̄ ei⁹ dicere poſſit illud ps. Ego aũt ſum ꝟmis ſc; ẜm reputatione iudeoꝝ me vilificantiũ ⁊ ſic nõ hõ: obprobriũ hoĩm et abiectio pleb. q. d. Ego ſũ tã vilis reputat⁹ vt nõ extimẽt me dignũ haberi inter hoĩes. ſ; abiectũ inter vermes in mõte caluarie de cadauerib⁹ ſcaturientes ⁊ obprobrijs plenũ.

## Capl'm. VIII.

Octaua ꝯſideratio ſocialis viliꝑẽſionis: qꝛ cũ iniq̇s deputat⁹ eſt et ſociatus: cũ inter viliſſimos latrones eſt crucifix⁹ ⁊ h̄ auget dolorẽ: qꝛ ſicut pati innocentẽ cũ alijs ſctis ⁊ ꝓbis viris refrigeriũ ẽ. ita ecõtrario cõdẽnari cũ ſcelerat' excreſcentia iniurie et pene eſt. Vñ ⁊ xp̄s h̄ horreſcẽs ẜm ſenſitiuã orabat ꝑ ps. dicens. Ne ꝑdas cũ impijs de⁹ aĩam meã. i. vitã meã. Et ſic ſubdit clari⁹. Neq; cũ viris ſanguinũ vitã meã. Hoc pẽſabat maria dicẽs Ecce implet' illud Eſa. liij. Cũ ſcelerat' deputat⁹ eſt ⁊ ipſe pctã mltoꝝ tulit. i. hoĩm. qꝛ eñ hõ ꝑm⁹ latrociniũ cõmiſit rapiẽdo fructũ vetitũ. ergo xp̄s ſoluẽdo inter latrones debuit mori.

## Capitulum. IX.

Nona ꝯſideratio vitupabilis mortiſ dãnatiõis qꝛ crux ꝓ tp̄e illo erat pena et mors maledictoru; Deut. xxj. Maledict⁹ ſc; maledictõe infamie vitupabilis oĩs q̇ pendet in ligno. vñ iudei ⁊ ꝑncipes eoꝝ dãnauerũt chriſtũ turpiſſima ⁊ viliſſima morte: vt impleret illđ Sapi. ij. Circũueniam⁹ viꝝ iuſtũ. ⁊ infra. Morte turpiſſima cõdẽnem⁹ eũ. Hinc Berñ. ſup cañ. di. O humilẽ ⁊ ſublimẽ deũ. O altiſſimũ ⁊ nouiſſimũ viroꝝ: obprobriũ hoĩm ⁊ gl'ia; angeloꝝ. ipſe ſiq̇dem rex regũ ⁊ dñs dñantiu; fuit viliſſimo precio venalis expoſit⁹ a viliſſimis ribaldis viliſſima paſſus: viliſſimo loco ſuſpẽſus: viliſſimo ſupplicio ſc; cruc' traditus: cũ iniq̇ſſimis et viliſſimis hoĩb⁹ deputat⁹: mõ viliſſimo tractat⁹. etenĩ bon⁹ domin⁹ tãq; malefactor capit': tãq; fatu⁹ dei ſapiẽtia irridet'. tãq; homicida vita hoĩm morti damnat': tanq; latro ſaluator mũdi crucifigit'. ⁊ tãq; vermis vilis ſũm⁹ de⁹ cõſpuitur abijcit' ⁊ ꝯculcat'. Hec ille. Iſta pẽſando beata maria dicere potat illud Hiere. ix. Quis dabit capiti meo fontẽ lachrymaꝝ vt plorẽ die ac nocte.

## Capitulum. X.

Decima ꝯſideratio cõfuſibilis diffamationis. qꝛ q̄nto quis cõdẽnatur ad mortẽ tãq; malefactor cõcurrẽte maiori ꝑplo: tãto eidem maior ꝯſurgit pena erubeſcẽtie et ꝯfuſiõis qꝛ ꝯſiderat ꝙ q̇libet vidẽs narrat et diuulgat alijs i ꝑria ſua etiã ꝑegrina đ illo. ⁊ ſic vbiq; diffamat'. Et qꝛ iudei de ſ̄ul crimie calũniãtes accuſabãt chri

ſtũ ſcʒ de blaſphemia grauiſſima qꝛ filiũ dī
ſe dicebat qđ erat ḡuiſſimũ apđ iudeoſ: nec
nõ ⁊ đ crimīe leſe maieſtatꝭ: qđ erat maxīm
apđ leges gētiliũ. Uñ ⁊ ī titulo ſcp̄ſerat Py
latus lr̄is grecis hebraicꝭ ⁊ latinis vt om̄es
poſſent legere Jh̄s nazarenꝰ rex iudeoꝝ. q.
d. hec ē cā paſſiõis eiꝰ: qꝛ regē ſe fecit ⁊ vſur-
pare vult regnum iudeoꝝ. Quoniā aũt tūc
erat feſtũ azimoꝝ ſiue paſce ad qđ ex lege te
nebanꝭ iudei ɔuenire vndiqꝫ in hierlm ad
ſacrificiũ offerēdũ niſi legitimũ haberēt ipe
dimētũ: ex diſperſiõe ḡ iudeoꝝ p orbē de oī
pene natõe tūc ɔuenerāt tam de italia q̄ꝫ de
aſia ⁊ affrica: ⁊ ſic maxīe diffamabaꝭ ɔfuſio
xp̄i. Hec igiꝭ pēſando maria poterat dicere
illud Treñ. j. Poſuit me dñs deſolatā tota
die merore ɔfectā. qꝛ ſcʒ videbat q̄ tante ſo
lēnitatis die in q̄ magis debebāt deũ vene-
rari et ſacerdotes tēplũ dei ornare: vaſa mũ
dare: ſacrificia p̄pare: oībꝫ dimiſſis ad h̄ to-
tũ ſtudiũ ponũt vt xp̄s innocēs occidaꝭ ⁊ p
orbē infameꝭ.

Caplm. XI.

Undecima cōſideratio dꝛ ingratitu-
dinalis iniuriatõis. qꝛ btā v̄go ppē
debat in xp̄i paſſiõe ſũme ingratitu
dinis iniuriā fieri deo p̄cipue triplr̄. Prio
ex pte ipiꝰ filij dei: qꝛ nouerat certa reuelati-
one atqꝫ miraculoſa v̄ginali ɔceptõe ⁊ ptu-
ritõe ipm xp̄m ſuũ natũ fore veꝝ dei filiũ: et
idcirco ſciebat oēm hāc iniuriā ſibi factā fie
ri ꝯ deũ. Quiꝰ q̄ dē licʒ ſola hũanitas patere
tur: tñ oīs paſſio et iniuria illa q̄ facta ē xp̄i
hũanitati facta eſt deo. Sicēm q̄ laceraret
aut ɔſpueret veſtē illā q̄ indutꝰ ē rex faceret
iniuriā nõ veſti ſʒ potius regi. Sic oīs iniu
ria facta xp̄o regi in hũanitate facta eſt ipſi
deo. Ex q̄ ſequiꝭ q̄ btā maria fuerit plena
amaritudīe doloris ſup oēs viatores. iuxta
illud Treñ. j. Uide dñe qm̄ amaritudīe ple
na ſuʒ. qꝛ q̄nto q̄s pleniꝰ diligit deũ tāto ple
niꝰ dolet de offenſa ⁊ iniuria ipi illata. Btā
aũt v̄go fuit gr̄a et charitate dei pleniſſima
Lu. j. ḡ et dolore pleniſſima p iniuria paſſi-
onis xp̄o deo illata. ſʒ qm̄ plenũ eſt cuiꝰ nul
la ps vacua ē. ſm phm. iiij. phicoꝝ. Nullũ
fuit ḡ mēbrũ aut aīe pſvlla q̄ amaritudīe ñ
fuerint repleta. Scđo ex pte inſurgētꝭ ppli
coḡſcebat maria xp̄o deo fieri ſũmā iniuriā
q̄ʒ et dolorē: qꝛ q̄nto plures ⁊ diuerſoꝝ ſta-
tuũ hoīm bñficiatoꝝ ɔcurrũt ad inferendā
homī iniuriā ⁊ mortē valde ignominioſam
alicui tāto maior eſt dolor in paſſo ⁊ q̄libet
ciꝰ amico vel attinēte. Sʒ ſic erat in xp̄o. qꝛ
teſte p̄s. Aſtiterũt reges ter. ⁊ p̄n. ɔue. in v.
aduerſus dñm ⁊ aduerſus xp̄m eiꝰ. Nā ad
uerſus xp̄m aſtiterunt reges vt Herodes et
Pylatꝰ et p̄ncipes ſacerdotũ et iudeoꝝ ppl̄s
ac gētiles multas iniurias inferētes: ſputa:
alapas: irriſiones. Sʒ et inſup ſexꝰ femineꝰ
affuit vt ptʒ de ancilla oſtiaria q̄ ⁊ ſi nõ po-
tuit xp̄m adire, ppꝭ mltitudinē alioꝝ ipm ir-
ridentiũ: adijt tñ diſcipulũ Petrũ vt capeꝭ.
Itē affuerũt p̄terea et milites crucifigētes ⁊
oēs ppl̄i de q̄cũqꝫ natõe q̄ ſub celo ē exñtes i
hieruſalem Act. ij. Alij mouētes capita ⁊ di.
Uah q̄ deſtruis tēplũ dī ⁊c. Alij q̄ʒ alia ob
loquentes. Tercio ex pte bñficij exhibiti.
Nā quātũ iudei xp̄m occidētes fuerint bñ-
ficiati a deo nõ p̄t breui ſermõe exp̄mi. Sʒ
ſufficiat qđ ſcribit Mich. ca. vj. ī pſona xp̄i
Popule inq̄t meꝰ q̄d feci tibi. aut in q̄ mole
ſtus fui reſpõde mihi: qꝛ eduxi te de egypto
⁊ de domo ſuitutꝭ liberaui te. q. d. Tot ⁊ tā
ta bñficia feci tibi: qꝛ plagaui ppꝭ te egyptũ
mare apui. pharaonē ſubmerſi. ⁊ ſic libera-
ui te de ſuitute egypti. Itē māna de celo p̄-
ſtiti. aquam de petra eduxi: hoſtes pſtraui:
terrā pmiſſionis dedi. Ecce q̄d feci tibi: rñ-
de mihi ſi tāta bñficia retributionē meruē-
rint talē vt crucifigeretꝭ ⁊ occideretꝭ me: aut
in q̄ moleſtꝰ fui cũ ex genere tuo carnē ſum-
pſi: te viā ſalutis docui. Sed qꝛ te de vicijs
correxi qm̄ v̄itas odiũ parit. iõ tibi moleſtꝰ
fui. Ueꝝ q̄d vltra debui facere ⁊ nõ feci cũ
cecos tuos illũinaui: leproſos mũdaui: mor
tuos ſuſcitaui: demoniacos liberaui: et oīa
p ſalute tua feci. heccine reddis dño popu-
le ſtulte ⁊ inſipiēs. Penſabat hec v̄go ⁊ di.
illud p̄s. Defecit in dolore vita mea ⁊ anni
mei in gemitibꝫ ⁊ ſic ſũme dolebat.

Capitulum. XII.

Duodecima cōſideratio minꝰ vtilis
fructificatõis. Dolor ei in xp̄o ⁊ ma
tre augebaꝭ ex hac ɔſideratõne. ſ. qꝛ
cũ copioſa fuerit apud deuʒ redēptio adeo
q̄ ſanguis xp̄i fuit ſufficiens p̄ciũ redimere
etiā mille mũdos ⁊ tñ pauci ſunt q̄ pcipiāt
fructũ paſſiõis xp̄i ppꝭ ingratitudinē ⁊ ma-
liciā hoīm ac deſidiā. Et iõ tā ipe xp̄s q̄ꝫ eiꝰ
mr̄ ſũme dolebat ſicꝫ dolere ſolet q̄ ex labore
maxīo modicũ fructũ ɔſeq̄ videt. qđ īſinuat
Ber. ī pſona xp̄i di. O hõ vide q̄ p te patior

Ad te clamo: p te morior: vide clauos q̊b⁹
ↄfodior: vide ſpinas q̊bꝫ pungor: vide lan-
ceā q̄ trāſuulneror. Et cū ſit tātus dolor in-
terius ꝛ exteri⁹: pl⁹ tamē me cruciat ꝙ te in-
gratū expior. Hec ille. Hinc ꝛ p Micheaꝫ
ca. vij. dn̄s ait. Ve mihi qꝛ fact⁹ ſum ſic̄ qui
colligit rachemos in vindemia ꝛc̄. Nā cuꝫ
diabol⁹ colligat multa: qꝛ fere totū mūdum
p̄ncipes mercatores et pp̄l'os vniuerſos q̊
oēs declinauerūt et inutiles facti ſūt: nō ē q̊
faciat bonū nō eſt vſqꝫ ad vnū. vt dicit p̄s.
Xp̄s dn̄s tanqꝫ rachemos remanētes ī vin
demia. i. infima mūdi ꝛ pauciora colligit: q̊-
niā multi ſunt vocati pauci ꝟo electi Mat.
xxij. Hec itaqꝫ pēſando maria multū do-
lebat ꝛ ſūme p̄ oībus martyribꝫ vulnerabat̄
gladio cōpaſſionis. O igit̄ aīa fidelis cō-
patere xp̄o ꝛ ei⁹ ſctiſſime matri in tot ꝛ tant̄
doloribꝫ: plora ꝛ fle vt cum eis valeas in ce
lo conregnare.

Articul⁹ terci⁹ ꝙ vtile eſt hoī de doloribꝫ
marie recolere ꝛ orōnes deuotas facere.

# TErciū miſteriū

dicit̄ efficiētie ſiue efficacie. vbi
circa p̄miſſa ſubiūgam⁹ qꝫ vtilē
efficaciam habeat memoria cō-
paſſionis beate Marie et doloris ei⁹ reco-
lendo et obſequendo deuotis orōnib⁹. Nō
quidem oſtēdit̄ tripliciter.

Primo ex autoritate.
Scdo ex ratione.
Tercio ex reuelatione.

Primo q̊deꝫ ex autoritate. qm̄ teſte aplo. ij.
Thim. ij. Si cōpatimur et cōregnabimus
Ecce g̊ prima efficacia vtilitat̄. ſ. conregna
re in celo. Item. ij. Chor. j. Sicut inquit ſo
cij paſſionū eſtis ita eritis et ↄſolationū Ec
ce ſecūda efficacia vtilitatis ſcꝫ ↄſolatōnes
diuinas habere. Hinc et Ecci. vij. oms ad
id hortamur vbi ſcribit̄. Gemit⁹ matris tue
id ē cōpaſſiōis marie ne obliuiſcar̄ ſcꝫ o bō
Scdo oſtēdit̄ ex rōne: qꝛ ſm qd̄ dic̄ Ber.
ſermōe. xlij. Peremptoria res eſt ingratitu-
do: hoſtis grē: inimica ſalut̄. Nil em̄ auget̄
ingrato. at ↄtra: nil ita ꝓuocat deū ad plus
dandū ſicut graꝝ actio. Vt g̊ ꝓuocem⁹ deū
ꝛ ſctām matrē ei⁹ ad ampliorē grām ꝛ gl'iaꝫ
donandā ſim⁹ grati de tanto bn̄ficio noſtre
redēptionis qd̄ ↄſecuti ſum⁹ p paſſionē xp̄i
et dolorē: ac cōpaſſionē marie: recolēdo ꝛ de

uote obſequēdo ac meditando. Item̄ vt ait
Seneca li. de bn̄ficijs. Ingrat⁹ eſt q̊ diſſi-
mulat. ingratiſſim⁹ omniū eſt qui oblit⁹ eſt.
Hec ille. et ſic patꝫ. Tercio oſtēdit̄ reuela
tione. legit̄ nēpe in q̊buſdā reuelatōibꝫ ꝛ me
mini legiſſe me idip̄m excerptū fore ex libro
reuelationū ſctē Elizabeth. vicꝫ ꝙ poſt aſſū
ptionē beate marie: ſctūs Johes apl's cum
eſſet anxius ex deuotōis feruore btām ma-
riā in gl'ia celeſti videre. Raptus in ſpū vi-
ce q̄daꝫ vidit in ſpū dn̄m ihm cū gl'ioſa ſua
matre. Audiuit q̊ꝫ ꝙ ecce btā virgo loq̄bat̄
ſuo filio dn̄o ihu de doloribꝫ q̊s xp̄s ꝑtulit
in cruce: et de cōpaſſione quā ipſa mater ꝓ
tunc ſuſtinuit. Et quō hic aplus Johes ꝓ-
tunc affuit ꝛc̄. Petiuit q̊ꝫ btā maria filiū vt
ſpēalem grām donare dignaret̄ oībus qui
bu⁹ memoriā agerent deuote. Et mox dn̄s
ihs ꝓmiſit talibꝫ q̄ttuor p̄cipua dona grati-
arū. Primo ꝙ q̊ btām mariā p dictos dolo
res inuocaret verā pn̄iaꝫ de oībꝫ pctis age-
re mereret̄ ante mortē. Scdo ꝙ tales in ad
uerſis cuſtodit p̄cipue in morte. Tercio ꝙ
memoriā paſſionis imp̄mit mētibꝫ coꝝ ꝛ in
celo premiū preſtat. Quarto ꝙ talē cōcede-
ret poteſtati btē marie vt q̊cquid vellet cuꝫ
eo hoīe faceret atqꝫ oīa optata ſibi impetra
ret ad ſalutē. Ergo chariſſime ſtude chriſtū
amare et btām mariā ꝓ ſuis doloribꝫ exora
re certis ſalutatiōibꝫ angelicis venerādo. i.
ſeptē ad min⁹ p doloribꝫ marie dicēdo Aue
maria. vel pr̄ nr̄. ꝛ ſic graꝫ et gl'iam īpetrab.

Pars quarta libri tercij de planctu ma-
rie ſup filij paſſiōe ꝓſequēdo illud euāgeliū
Stabat iuxta crucē ieſu ꝛc̄. De q̊ hic cōde-
pendens eſt agere.

# STabat iuxta crucē Jeſu

mater eius et ſoror matris eius
maria cleophe et maria magda
lene Joh. xix. Quibꝫ ī ꝟbis cha
riſſimi nos docemur Primo dn̄m ihm fide
liter ꝛ ꝑſeuerāter diligere. ſicut ꝛ iſte ſctē mu
lieres oībꝫ alijs amic̄ ꝛ diſcipulis fugiētibꝫ
xp̄o vſqꝫ ad mortē aſtiterūt. Nā fidelis ami
cicia eſt q̄ ī tribulatiōe nō deſerit ſꝫ ꝑmanet
etiā in tempe neceſſitatis. vt ſcribit̄ Ecci. vj
Item ſecundo docemur chriſtuꝫ ſalubriter
imitari. Nam cū ſtarent oms noti domini
Jhu a longe. iſte ſtabant iuxta crucem xp̄e.
Sic multi ſtant longe a ihu qꝛ in pctō ꝑſe-

ucrãt. Longe aũt a peccatoꝛib⁹ ſal⁹ id ẽ ihs ſaluatoꝛ. vt dicit pſ. Sȝ iuxta crucẽ ihu ſtãt qui cruci vere penitẽtie adherẽt. Stem⁹ er go chariſſimi imitãdo matrẽ ihu ꝛ ſanctas iſtas mulieres ſpũaliter iuxta crucẽ: ꝑ peni-tentiã ſequẽdo xp̃m ſi volum⁹ ſaluari ꝛ cum xp̃o regñre. q2 dñs ipe ihs ait Luc. xiiij. Qui nõ accipit crucẽ ſcȝ penitẽtie ꝛ ſequit᷑ me nõ eſt me dign⁹ ſcȝ habere in celo. Deniqꝫ ter-cio docemur pie ꝛ deuote paſſionẽ dñi ihu ꝛ doloꝛes cõpaſſionis beate matrꝭ eius cõ-templari et oculis mẽtis intuendo cõpati ꝛ deflere ac grãs agere ꝑ tanto beneficio no-ſtre redemptõis. O vere ſpectaculũ flebile. O myſteriũ admirabile deũ veꝛ innocẽtiſ-ſimũ viroꝝ in oculis ſue matrꝭ lamẽtantis pendere in cruce ꝑ nr̃a vtiqꝫ ſalute. Et nos ergo chariſſimi cõdoleam⁹ ploꝛemuſqꝫ cuȝ ſctiſſima matre ihu maria: aſpiciam⁹ deuo-te et flebiliter h̃ ſpeculum noſtre ſalutis. h̃ ſpectaculũ deuotõis qđ notat ſacrũ euãge-lium. In quo ꝑmo notat᷑ in myſterio ſtatuſ ſublimiſſime ſctitatꝭ. q2 ſtabat inquit iuxta crucẽ ꝛc̃. Scđo notat᷑ actus ꝑdulciſſime pietatis in ipſo euãgelio. ibi. Cũ vidiſſet ie-ſus matrẽ ꝛc̃. Tercio elicitur ex ipſo euan gelio planct⁹ amariſſime doloꝛoſitatis cum hec ſub cruce ihu ꝯſiderent᷑ fuiſſe facta.

Articul⁹ ꝑm⁹ ꝙ in ipo euãgelio deſignat᷑ ſtatus excellẽtiſſime ſctitatis marie.

Circa primũ mi ſteriũ notãdũ ꝙ ſtat⁹ excellentiſſi me ſctitatis marie notat᷑ in euan gelio iſto tripliciter.

Primo ex eo ꝙ dicit᷑ ſtabat.
Scđo ex eo ꝙ dicit᷑ iuxta crucẽ ihu.
Tercio ex eo ꝙ dicit᷑ mater eius.

Primo ex eo ꝙ dr̃ in euãgelio ſtabat. Nam ſtare dr̃ ſctũs q̃ nõ cadit in pctã: ſed firmiter ſtat in omĩ iuſticia. Iuxta illud Eccĩ. ij. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ dei ſta ĩ iuſticia ꝛ timo re. Sic ẽ dicit᷑ merito ſtare btã virgo Ma ria tripliciter. Primo q2 ſtabat ĩmobilit᷑: nullo pctõ inclinata etiã veniali cũ aliȷ̃ oẽs cadãt ſaltem venialit᷑. Vñ Aug. li. de natu-ra ꝛ grã dicit. Si oẽs ſcti ꝛ ſctẽ interrogati fuiſſent dũ h̃ viuerẽt: vtꝝ pctm̃ haberẽt oẽs rñderẽt illud Io. Si dixerim⁹ quia pecca-tũ nõ habem⁹ nosipos ſeducim⁹ ꝛ ꝟitas in nob̃ nõ eſt. excepta hac ſola ꝟgine de q̃ cum

de pctĩs agit᷑ nullã ꝑſus volo fieri q̃ſtionẽ. Hec ille. Scđo q2 ſtabat maria in ſerui-tio dei ꝛ opib⁹ iuſticie firmata. Vñ de ipſa ſcribit᷑ Prouer. vlt. Manũ ſuã miſit ad foꝛ tia. i. ardua ꝟtutũ opa ꝛ digiti ei⁹ apphen. fu ſũ. q2 ipſa filauit dño ihu tunicã incõſutileȝ Multe filie cõgregauerũt diuitias. ſ. bono rũ meritoꝝ ꝛ ꝑmioꝝ. tu ſuggreſſa es vniuer ſas. In q̃ certe redarguit᷑ nr̃a pigritia. vt lo quar ſcḋm Bern. in ſmõe ſup h̃ euãge. Sta-bat iuxta crucẽ ꝛc̃. Ecce inq̇t maria celitus grauidata feſtinat viſitare Elizabeth. Nos aũt pctõꝛes ipſos paupes et debiles nõ ſo-lũ viſitare: ſed et inſpicere ꝯtẽnim⁹. Maria purificãda aſcẽdit ad templũ: q̃ tñ nil impu rũ habuit. Nos mlt̃a habem⁹ purificãda ꝛ pniam ac ꝯfeſſionẽ differim⁹. maria obtu-lit filiũ quẽ nouit ꝑcioſioꝛem celo. nos vilia deo offerim⁹ et cũ murmure paupib⁹ modi cam elemoſynã dam⁹. Maria ꝑditũ filium req̇ſiuit cũ doloꝛe donec inuenit in templo. Nos ꝑ pctm̃ amiſſum ihȝ nõ q̃rim⁹: ꝛ eccle ſiã ſegniter vix et raro intram⁹. ꝛ ſic ignauia toꝛpem⁹. Hec et pl'a vbi ſup̃ Bern. Ter-cio q2 ſtabat maria in fide ihu ꝯſtãtiſſima ꝛ patiẽtiſſima. Nã diſcipul' fugiẽtib⁹: cũctꝭ vi ris recedẽtib⁹ in gl'iam toti⁹ feminei ſex⁹ int᷑ tot ꝑſſuras filiȷ̃ ſui ꝯſtãter ipſa ſola ſtabat ĩ fide ihu firma. ꝛ pulcre ſtabat vt decet pudi ciciã ꝟginalẽ: nõ ſe laniabat ĩ tãta amaritu-dine: nõ maledicebat: nõ murmurabat: nec vindictã hoſtiũ a deo petebat. ſȝ ſtabat di-ſciplinata ꝟecũda ꝟgo patiẽtiſſima: lachry-mis plena: doloꝛib⁹ ĩmerſa. vñ Anſ. ait. O dña q̃s fontes lachrymaꝝ dicã erupiſſe de pudiciſſimis ocul' tuis: cũ attẽderes vnicũ filiũ tuũ innocẽtẽ coꝛã te flagellari: mactari: ꝛ carnẽ ei⁹ diſſecari crudelit᷑. ꝛ tñ diuĩe volũ tati ꝯfoꝛmis fuiſti patiẽter. hec ille. Tũc igit᷑ impletũ ẽ illđ Eccĩ. j. Generatio ꝑterit. ſ. qñ petr⁹ cũ ceterꝭ eccĩe ꝑncipib⁹ fugit: ꝛ genera tio aduenit ſcȝ q2 latro credit et ĩ ꝑadiſuȝ ꝑ-uenit. Terra ãt ſtat in etnũ. terra. i. btã ꝟgo q̃ diuinũ fructũ ꝑtulit ĩmobil' ſtetit ĩ fide xp̃i ꝛ charitate. In cuius repñtatõeȝ eccl'ia ĩ tri duano officio dñice paſſiõis cãdelas extin guit: ſola vna relicta abſcõſa: q̃ poſtea ꝑfert᷑ ad illuminãdũ. Et iſta ſignificat btãȝ mariã q̃ ſtetit ĩ fidei lumĩe ꝛ ipa oẽs poſtea illũina uit apl'os. Ecce ẽ btã ꝟgo ſtabat in oi ſctita te. ꝛ tñ ipaꝫ de⁹ voluit pati ꝑ oib⁹ martyrib⁹

dolores in morte chriſti. Et tu ergo o hõ diſce pati ꝑ xp̃o: diſce non turbari cum vides te aduerſitatibꝫ atteri.

Capitulum .II.

Secũdo excellẽtiſſima ſctĩtas Marie deſignaẗ in euãgelio ꝓ eo ꝙ dicitur ſtetiſſe iuxta crucẽ ieſu, iuxta inquam, quia ꝓpinq̃ſſima ieſu in oĩ ſctĩtate et grã plenitudine ſuꝑ oẽm creaturã. Hieronim⁹ in ſermone de aſſũptiõe. Ois plenitudo gratie q̃ fuit in xp̃o deſcẽdit in ꝟginem. ¶ Sed q̃ſtio occurrit vñ ꝯgruebat beatam virginẽ aſtare iuxta crucez Jeſu patiẽtẽ: q̃re noluit de⁹ ipſam tũc eſſe alibi q̃ȝ iuxta crucẽ. Et hanc q̃ſtionẽ pulcerrime tractat Berñ. ſermone q̃ ſupra atq̃ȝ in meditatõibꝫ ſuis dicit ſic. O mũdi dña q̇d hic ſtas: q̇d hic agẽ: quã ob cauſam huc venire voluiſti in montem, ſ. caluarie locũ peſſimoꝝ et horrẽdoꝝ cadaueꝝ. Cur te nõ retinet ꝟecũdia virginalis vt in gẽtiũ multitudĩe peccatricũ et furore inſaniẽtiũ ꝯtra deum ac chriſti ſanguinẽ innoxiũ effundẽtiũ te exhiberes in publicuȝ que ſꝑ ſolitaria in cella vacabas deo. Quiſ vnq̃ȝ q̃ te agnouiſſet reginã mũdi angeloꝝ ⁊ hoĩm: p̃ſumere auſus fuiſſet ꝙ ſtare deberes iuxta patibulum. Quid eſt ġ obſecro ꝙ ſtas iuxta crucẽ ieſu? O feliciſſima dei mr̃ q̃ſo te obliuiſcere pauliſper meroris quẽ habuiſti in illa hora paſſiõis ⁊ ꝑtũc reſponde ad hec q̃ſita nobis. Et reſpõdendo ibidem Bernardus ad hec ponit precipue tres rationes in ſumma

Prima eſt ratio cõpaſſionis.
Secũda ratio mediatiõis
Tercia ratio aſſimilationis.

Prima rõ cõpaſſiõis, vt ſcȝ mater Maria vidẽdo xp̃m corã ſe patiẽtez p̃ſentialr̃ ꝓ merito ⁊ p̃mio martirij acerbius ꝑfodiaẗ gladio doloris. Unde Berñ. vbi ſupra. Quid miꝝ ꝙ aſtabas cruci xp̃i o maria. Quis em̃ ſi nõ acceſſiſſes indicaſſet tibi quõ tu⁹ ⁊ dei filius in cruce ſteterit nudo corꝑe: palida facie: reſperſus cruore: dilacerata tota carne: q̇d inter hec facere debuerat mr̃ niſi vt aſtaret iuxta crucẽ ⁊ aſpiceret regem gl̃ie expectãdo finẽ mortis: ⁊ diceret in corde. Stabo ⁊ aſpiciaȝ oculis manus ꝑforatas ⁊ pedes: videbo quõ pẽdet in patibulo mundi ſaluator ⁊ quõ trãſeat ex hoc mũdo. Accedam ꝓpius amplectar brachijs ⁊ depoſituȝ de cruce oſculabor filium deum ⁊ dñm meum ⁊c̃. Hec ibi ⁊ plura.

Secũda rõ mediatiõis, q̃ em̃ Maria eſt mediatrix et aduocata generis humani, ideo iuxta crucem redẽptoris ſtare debuit: ad deſignãdũ quia ſicut redẽptio noſtra facta eſt ꝑ chriſtũ p̃ſente mr̃e patientẽ: ita oĩs ſalus et grã nobis ꝑueniret nõ niſi mediãte maria q̃ fuit chriſti adiutrix in redẽptionis noſtre celebratiõe. Hinc in ꝑſona eius q̃ſi dictum ab ipſa virgine canit eccleſia dicẽs. Uidi aquã egredientem de tẽplo dei a latere dextro: ⁊ oẽs ad quos ꝑuenit aqua iſta ſalui facti ſunt. Certe Maria videre meruit aquã cũ ſanguine egrediẽtem de tẽplo corꝑis xp̃i: ⁊ hoc a latere dextro lãcea militis ꝑforato, hec aq̃. i. lauacrũ redẽptõis ⁊ regeneratõis oẽs ſaluauit: mediatrice aſſiſtẽte maria. vñ Berñ. felix ait maria q̃ viris ⁊ mulieribꝫ oĩbꝫ ſalutis antidotũ ꝓpinauit.

Tercia rõ aſſimilationis, quia em̃ btã Maria multũ cum cruce cõcordat aſſimilãdo in oꝑe nr̃e ſalutis: ideo pulcre ipſa iuxta crucez ſtetiſſe diciẗ. Et declaraẗ Primo ex noĩe, quia ſicut crux xp̃i pñiam ſignificat ſaluãdoꝝ: ita nomẽ marie interp̃tatũ id eſt amaꝝ mare: ſignificat amaram pñiam, vt ſciamus q̇a penitẽtibus ꝓmittiẗ ſalus Math. iij. Pñiam agite appropinquabit regnũ celoꝝ. Secundo ex inchoata ꝟtute, quia ſicut ꝑ crucẽ xp̃i eſt ĩchoatũ vt ipſa ſit oĩbꝫ amabilis crux q̃ pri⁹ erat horribilis ⁊ maledicta. iuxta illud Deuteẽ. xxj. Maledictus oĩs q̇ pẽdet in ligno. Uñ ⁊ ſctũs Andreas atq̃ȝ Petr⁹ alijq̃ȝ diſcipuli gaudẽter ibãt ad crucem: ita virginitas antea erat maledicta Deute. vij. Nõ erit in te ſterilis ⁊ infecũda ⁊c̃. Unde ⁊ moriture virgines p̃cipue ſuã virginitatẽ deplãgebant: eo ꝙ carerent poſteritate, ſicut patet de filia iepte Judic̃. xj. Sed ꝑ mariã eſt virginitas initiata ⁊ dedicata in bñdictõez adeo vt teſte p̄s. afferunẗ regi ꝟgĩes poſt eã. i. ad imitationẽ marie regi xp̃o multe virgines offerunẗ ꝑ votũ ꝟginitatis. Tercio ex bñdictione, quia ſicut ꝑ ſignuȝ crucis bñdicunẗ oĩa ⁊ ſctĩficanẗ: ita ꝑ bñdictõez Marie virginis oĩa ſunt ꝯſecuta bñdictiõem: dicente Auguſt. ſer. de natiuitate marie. ¶ Quarto ex gl̃ioſo decore, q̃ crux antea erat ignominioſa horrida latronũ pena. nũc eſt ꝑ chriſti paſſionẽ tam gl̃ioſa et decora ꝙ de patibulo latronũ trãſiuit ad frõtes imꝑatoꝝ:

depingit arma ꝑncipū et dyadema regum
⁊ vexilla exercituū: q̄ ſubiugauit totū mun-
dū et fulgebit cū chꝛiſtus venerit ad iudici
um. Sic btā Maria cum fuerit antea vna
paupcula puella virgo lachꝛimoſa: iudeis
deliramentū viſa: iā extat tā gl'ioſa ⁊ decoꝛa
ꝙ eius imago auro et gēmis rutilat. Ipſaꝫ
reges ⁊ pꝛincipes īuocāt. Ad ei⁹ nomen ge
nu flectit, tēpla in noīe eius ꝑncipalioꝛa edi
ficant. Et inſup in celeſti regno maxīa gl'ia
ab oīb⁹ btīs venerat. Merito ergo maria
ſtat iuxta crucē Jeſu: vt cum cruce Jeſu di-
gne exaltet gl'ie ſimilitudīe ⁊ decoꝛe.

Capitulum. III.

Tercio excellentiſſima marie ſctītas
notat in euāgelio in eo ꝙ dr̄ mater
eius. i. Jeſu filij dī. In qua em̄ ma
tre habitauit xp̄s debuit eſſe ſctiſſima. qꝛ vt
dicit p̄s. Tu aūt. ſ. dn̄e ieſu in ſctō habitas
laus iſrael. Sctificauit em̄ tabernaculū ſu
um altiſſimus. Sed hic q̄ſtio oꝛit ex euā
gelio Quare btā ꝟgo nō appellat hic ꝓpꝛio
noīe, ſed ex maternitate: cū dr̄. Stabat iu-
xta crucē Jeſu mater eius, et tn̄ alie ſctē mu
lieres aſtātes ꝓpꝛio nomīe ſunt appellate. vt
maria cleophe et maria magdalene. Re-
ſpōdet ſm Bern̄. vbi ſ. ꝙ hoc voluit ſp̄ūſ-
ſanctus triplici rōne. Primo ꝓpter infide
liū iudeoꝝ dānationeꝫ clarioꝛem: vt ex hoc
grauioꝛ ⁊ damnabilioꝛ eoꝝ culpa appareat
quādo filiū dei innocētem in oculis matrꝭ
occiderūt crudeliter. vn̄ lex ꝓhibuerat Deu
tero. xiiij. talē crudelitatē dī. Nō coques he
dū in lacte matris ſue. Naꝫ figuralr̄ hedus
īmaculat⁹ ē xp̄s q̄ velut ouis ad occiſioneꝫ
eſt duct⁹: hūc ī lacte matris coxerunt iudei
qn̄ eadē die q̄ fuerat in virginis vtero ꝯce-
ptus. i. feria ſexta annūciatōis dn̄ice tandē
vertētib⁹ annis. xxxiij. in magna feria ſexta ī
oculis pie matrꝭ q̄ xp̄m lactauit crucifix⁹ eſt
Secūdo hoc voluit ſp̄ūſanct⁹ ꝓpter do-
loꝛū expꝛſſionē, q̄a in eo ꝙ iuxta crucē Jeſu
mr̄ appellat: duplex magnitudo doloꝛūꝫ in
xp̄o ⁊ matre exꝑmit ex p̄ſentiali aſſiſtentia ⁊
doloꝛis recipꝛocatōe, vt patuit pte p̄ceden-
ti ar. ij. ca. v. Tertio hoc voluit ſp̄ūſctūs
ꝓpter fidelium exoꝛationē: vt nouerim⁹ exo-
rare ꝑ miſcōia impetrāda mr̄eꝫ miſcōie ma
riā nō alibi q̄ꝫ iuxta crucē Jeſu ⁊ ibidem de
uoti⁹ aīo q̄rere vt efficacius valeamus īue-
nire. Vn̄ Bern̄. vbi ſup̄ dīc ſic. Stat iuxta

crucem ieſu mr̄ eius: ibi ergo illā queratꝭ re
memoꝛādo ſacrꝭ meditatōib⁹: pulſando de
uotis p̄cib⁹, q̄ ſic q̄rit inuenit ⁊ pulſanti ape
etur. Subdit pulcrā oꝛatōnem: dicēdo ſic.
Quicūqꝫ ḡ eā ꝑ certo d̄ſiderat dicat (Oꝛō)
Memēto obſecro dulcis dn̄a ⁊ mr̄ illi⁹ ve-
nerāde ſtatōis q̄ tuo tā btō filio aſtitiſti pē-
dēti in cruce, reduc q̄ſo ad memoꝛiā coꝛdis
tui cogitatōes ⁊ īnocētis aīe tue anguſtias
q̄s tūc habuiſti qn̄ innocēs ille tu⁹ vnigeni
tus coꝛā te īmolatus eſt: ⁊ recogita ꝙ oīa
ꝑ pctōꝛibus tolerare voluit: q̄ꝛ ꝑmus ego
ſum: ille mihi p̄ſtitit vt ſim frater ſu⁹. ḡ tu ne
dedignerꝭ pia mr̄ q̄n ſim fili⁹ tu⁹, habe ḡ pi
iſſima dn̄a me indignū tibi cōmēdatū. Ad
te hodie o vnica ſpes miſeroꝝ ꝯfugio plen⁹
fiducia tibi meip̄m ⁊ oēs neceſſitates meas
recōmēdo: te hodie in mr̄em ⁊ patronā pꝛe
cūctis p̄opto. Noli ḡ pia mr̄ ſp̄nere me ꝓpt
eū q̄ amoꝛe mei nudus ⁊ lacerat⁹ pependit
coꝛā te in cruce. Hec Bern̄. et ſubinfert di.
Quō credis. ſ. o fidelis aīa ꝙ ſeip̄am tibi
negare poſſit hoc mō ſupplicāti q̄ eſt pietate
plena ⁊ miſcōie regina ⁊c.

Articulus ſecundus de actib⁹ p̄dulciſſi-
me pietatis exhibitis a chꝛiſto in cruce.

Circa ſecūdum
miſteriū de actu p̄dulciſſime pie
tatis qui notatur in hoc euange
lio tripliciter.

Primo erga mulieres ſctās noīatas.
Scdo erga ip̄am dei matrē ſctiſſimā.
Tercio erga diſcipulū Johānē aſtātem.

Primo nāqꝫ ſuauiſſimā pietatem exhibuit
xp̄s ſctis mlꝛieribꝰ in eo ꝙ iſtis ſolis p̄ alijs
notꝭ voluit hāc grāꝫ pietatis donare vt me
reant cū ſua genitrice ſctiſſima adeſſe paſſi-
oni xp̄i ⁊ moꝛti in cruce ꝑ mundi ſalute ⁊ in
oculis eaꝝ ſp̄ūm exalare. Sed q̄ri p̄nt h̄
aliq̄. Primo q̄re mlꝛieres voluit aſtare cru
ci xp̄i ipſe de⁹ plus q̄ꝫ viros. Ad qd̄ ꝑtin⁹
rn̄det ꝙ bꝛeuiter hac rōne, vt ſic a mlꝛiere ſū
pſit initiū nr̄a ꝑditio: ita coꝛā mlꝛierib⁹ cele-
bꝛaret ſacrificiū noſtre repatōis ⁊ lauacruꝫ
regeneratōis in ſanguīs xp̄i effuſiōe ⁊ moꝛ
te. Hinc in figura legit ꝙ moyſes fecit laua
toꝛiū eneū de ſpeculis mlꝛieꝝ q̄ excubabant
in oſtio tabernaculi federꝭ. Nimiꝝ oſtia ta
bernaculi ſunt vulnera dn̄i Jeſu q̄ ſunt ap
ta foꝛamia coꝛꝑis eius in q̄ velut in templo

vel tabernaculo deus habitauit ꝑ vnionē
Mulieres excubātes ſunt iſte de qͥbꝰ ī euā
gelio ꝙ vulneribꝰ xp̄i inuigilabāt aſpiciēdo
De ſpeculis iſtaꝝ mulieꝝ lauatorium ꝯficiť
qñ ſpectaculo ipſaꝝ ⁊ exēplo pctōres puri-
ficanť ꝑ xp̄m ꝗ dilexit nos ⁊ lauit nos a pec
catis noſtris in ſanguīe ſuo. Apoc. j. Se-
cundo q̄riť. Quare xp̄s voluit redēptiōem
noſtrā oꝑari corā ſolis talibꝰ mlieribꝰ q̄ vo
cabanť ſingule hoc nomīe maria. Reſpō-
detur vt doceret qꝛ tales ſolū modo homīeſ
adulti grām ꝑcipiunt efficaciter redēptōis
xp̄i: ꝗ amaritudinē vere pnīe de pctis ꝯuer
tendo acceptare volūt. qꝛ maria amaꝝ ma-
re interptať. et ſic in ipſo nomīe pnīa ama-
ra deſignať quā debent facere pctōres: alꝰ
ꝑibūt: teſte ſaluatore Lu. xiij. Dico vob̄ ni-
ſi pnīam egeritis oēs ſimul ꝑibitis. Ter-
cio q̄riť. q̄re magdalenā ꝗ antea fuit pecca-
trix in ciuitate famoſa voluit xp̄s aſtare cru
ci ſue cū Maria ꝟgīe īmaclata. Rūdeť ꝙ
vt doceat qꝛ nō ſolū ꝓ iuſtis ſed etiā ꝓ ſcele
ratiſſimis pctōribꝰ ad pnīaꝫ redeūtibꝰ paſ-
ſio ⁊ mors xp̄i ꝓficit ad ſalutē ⁊ celeſteꝫ glo-
riam acq̇rendā. Vñ Bern̄. ſermone ꝗ ſup̄
dicit ſic. Stant ſil' pulcre ⁊ decēter ꝟgo ma
ria ⁊ peccatrix magdalena iuxta cruceꝫ ieſu
morientis. quia ipſe crucifixus vna ⁊ eadeꝫ
morte eſt cōſeruator virginis et purificator
peccatricis atꝗ vtriuſꝗ plus remūerator.
Aſtare ꝰ cruci voluit xp̄s peccatricem ma-
gdalenā vt ꝑ ipſam cūctis peccatoribꝰ pate
atꝗ̄ chare xp̄s eos redemit. ſicꝗ obligatuꝫ
ſe deo pctōr aduertat ⁊ a peccato reſipiſcat
Cū em̄ aliq̇s alteꝝ ſibi obligare intēdit: mu
nus p̄cioſuꝫ illi oñdit ⁊ ꝯferēdo dicit. Ecce
amice vt ſcias q̄ntum te diligo: ⁊ q̄ntū do-
num tibi tribuo qđ mille auri talētis cōgre
gaui. Sic xp̄s in cruce coraꝫ peccatrice vo
luit pati. vt q. di. Vide aīa peccatrix q̄ntuꝫ
te diligo qꝛ tā acerba morte ꝓ te morior. vi-
de vulnera: vide qꝛ manꝰ expandi in cruce:
vt te reuertentē amplecterer: caput inclina-
ui vt te oſcularer. cor trāſfixum habeo vt te
in cordis amorē ſuſcipiam. Reuertere ꝰ ſu-
namitis ad me: ecce vlciſci diſſimulo: pctā
remitto: p̄miū eternū preſto. O ieſu dulciſſi
me tibi laus ⁊ grāꝝ actio Hec ſententialiter
Bernardus. Caplm̄. II.

Secūdo maxime pietatꝭ actū xp̄s ex-
hibuit matri de cruce tripliciter.
Primo ipſaꝫ pijs oculis reſpiciēdo in tan-
ta amaritudine. ꝗa ſcribiť in euāgelio. Cuꝫ
vidiſſet Jeſus matrē ⁊ diſcipulū quē dilige
bat. Nā ꝓfecto miꝝ videť ꝙ cū plures ſub
cruce aſtarent nō diciť xp̄s vidiſſe vel reſpe
xiſſe niſi matrē ⁊ diſcipulū quē diligebat.
Ad qđ rūdeť ꝙ licꝫ veriſimil'r et alias ſan
ctas mulieres aſtātes xp̄s viderit: tn̄ ſcp̄tu-
ra ſpecialius loquiť ꝙ viderit matrē ⁊ diſci
pulū dilectum: nō ſine cā. qꝛ in miſterio per
h̄ deſignať ꝙ xp̄s deus iuſtos ⁊ dilectos at
ꝗ innocētes ꝗ ſignificanť ꝑ matrē innocen
tiſſimā ⁊ p̄dilectā atꝗ iohānem diſcipuluꝫ
dilectū tales libētius intueť ⁊ amplius ꝯſo
latione ſp̄ūſſctūs cōſolať. Tales in tribula
tione poſitos nō deſerit: ſed pijs ocul' reſpi
cit vt eruat ⁊ eoꝝ patientiā in celo remune-
ret. Vñ p̄s. Oculi dn̄i ſup iuſtos ⁊ aures eiꝰ
in p̄. e. Vultꝰ aūt dn̄i ſuꝑ fa. ma. vt ꝑ. de ter.
m. e. Clamauer̄t iuſti ⁊ ex o. tri. e. libe. eos ⁊c̄
Secūdo maxīe pietatis obſeq̇um p̄ſtitit
de cruce xp̄s mr̄i ꝯſolabil'r alloquēdo. qꝛ in
ꝗt dixit matri ſue: mulier. ꝗ pietatis obſeq̇o
maiꝰ tūc excogitari nō potuit vt ait Bern̄.
ſer. ꝗ ſ. Et rōnem ſubdit dicēs ſic. Diſtētus
em̄ in cruce ⁊ in vltio ſpū ꝯſtitutus cū mē-
broꝝ vſum libeꝝ iā nō hr̄et p̄ter ocl'os ⁊ li-
guā: de vtroꝗ hoꝝ ſeruire matri dignatꝰ eſt
reſpiciēdo ⁊ alloquēdo. mulier ecce filiꝰ tu-
us ⁊c̄. Sed q̄riť q̄re dn̄s Jeſus nō appel
lauit eam tūc matrē ſed tm̄ mulierē: di. muli
er ecce filius tuꝰ. Rūdeť ſc̄m doctores ꝙ
p̄mo idcirco: ne ſi aliqđ verbū dulce dixiſſꝫ
ſcꝫ matrē nomīando: dolor materni cordis
adauctꝰ fuiſſꝫ ⁊ cor ip̄m maternū ſciſſū exti-
tiſſet. ſicut legiť reuelatū h̄ ꝑ btām virgineꝫ
ſctō Anſelmo. Pepcit ꝰ xp̄s matri ne dolo
res eiꝰ tal'r noīando augeret. Secūdo h̄
voluit ꝓpter miſteriū. ꝗa mlier diciť q̄ſi mol
liens herū. i. dn̄m. ⁊ ex hoc ſignificať ꝗa be
ata virgo emolliuit deū intantū vt ī eiꝰ vte-
rū deſcēderet ⁊ nr̄os defectus ſuſciꝑet. vt q̄
ſi diceret xp̄s matri: mulier ꝗ me in vteꝝ at-
traxiſti tuaꝝ virtutum amore Ecce q̄lia me
pati feciſti ꝓ te ⁊ hoībꝰ oībꝰ. Ecce q̄ntꝭ vul-
neribus cōciſa eſt caro ex te ꝟgine ſumpta.
Ecce vide ꝗa totū ſanguinē meū quē ī tuo
vtero ſumpſi: effundo ꝓ redēptiōe hoīm et
aīam meā ꝓ eis trado. Et tu ꝰ habe elcōs
meos in filios tanꝗ̄ fratres meos chariſſi-
mos ⁊c̄. Tercio xp̄s de cruce maximā pie

ꝛatē exhibuit matri. q̄a in ſolaciū ⁊ obſeq̄/
um ſibi diſcipulū dilectū cōmēdauit dicēs.
Ecce filiꝰ tuꝰ. Vn̄ hic vertiť q̄ſtio apō do
ctores ſacros. Cur dominꝰ matri relicte vo
luit tutorē deputare: nec voluit ipām ſolam
relinq̄re: cū tn̄ eſſet ſctiſſima ⁊ diuīa ꝓuidē/
tia atqꝫ angeloꝝ cuſtodia ⁊ obſeq̄o erat per
oīa munita ſufficiētiſſime. Sꝫ ad id dā/
tur plures rōnes p̄cipue ſm Bern̄. vbi ſup
atqꝫ Frā. maro. ⁊ alios doc. Prima rō ꝓ/
pter obſequiū q̄a verecūdia virginal' tuto/
re ac patrono indiget: de cuiꝰ cura hāc cō/
modiꝰ ducat vitā. Vn̄ ex hoc colligiť ꝙ Jo
ſeph ſponſus marie iā an̄ defunctꝰ erat. ⁊ iō
xp̄o moriente ipſa ꝟgo tutore indigebat. re/
darguunť igiť virgines ⁊ puelle q̄ nolūt eſſe
ſub regimīe alioꝝ ſed libere. q̄bꝫ multū inſi
diať hoſtꝭ antiquus. Scd̄a rō ꝓpter ado/
ptiōis ſolaciū. ſicut em̄ lex humana adinue
nit adoptionē in ſolaciū liberoꝝ: ita xp̄s vir
gini ſolaciū poſt ſe relinq̄bat in huiꝰ mundi
exilio. Erat ḡ hoc ſolaciū btē marie. tū ꝓpter
gratā ſocietatē inter ꝟginem Johēm diſci/
pulū dilectū xp̄i: atqꝫ ipſam ꝟginē mariam.
tum ꝓpter miſteriū: qꝛ ſicut p̄ter naturā erat
ꝙ virgo pepit filiū: ita p̄ter leges erat ꝙ vir
go adoptaret filiū. tū ꝓpter ſignificatū ꝙ vi/
delicꝫ ipſa dī natural' mr̄ eſſet adoptata mr̄
oīm electoꝝ. Tercia rō ꝓpter ſpūale offi/
ciū. vt ſcꝫ btā Maria haberet iohannē tan
q̄ꝫ capellanū q̄ eidē in ſpūalibꝫ ex officio ha
beret deſeruire. ſ. miſſas corā ipſa celebran/
do ⁊ ſacramēta miſtrādo. vicꝫ eucharistiā
vnctionē ſacrā. et ſm Albertū etiā cōfeſſio/
nē audiēdo. Nō q̄dem ꝯfeſſionē pctōꝝ. q̄a
maria nullū pctm̄ habuit. ſed vt p̄cepto de
ꝯfeſſione ⁊ ſatiſfaceret obediret ꝯfitebatur
maria ꝙ nō fuerit digna tātis bn̄ficijs ſua
virtute. de hoc latiꝰ li. vij. ꝑ. j. ar. ij. Quar/
ta rō ꝓpter legꝭ diuīe cōplemētū vt ⁊ nos in
strueret implere de honore mr̄no p̄ceptū di
uine legꝭ. Nā ſm ph̄m. viij. Ethi. Hijs ma
giſtris ⁊ parētibꝫ nō poſſumꝰ reddere eq̄ua
lens. Et ideo debemꝰ ſeruire eis q̄ntū poſſu
mus: iuxta p̄ceptū dei Exo. xx. Honora pa
trē ⁊ matrē ⁊c̄. Hinc vt dicit Bern̄. ſer. q̄. ſ̄.
Ex q̄ xp̄s viuēs mr̄i ſeruierat ⁊ ſubditꝰ erat
Lu. ij. Cū iā ſeruire poſt mortē nō poſſet in
ſui ꝑſona ſeruitium per diſcipulū quē plus
amauerat matri honorande exhiberi volu
it. Capitulum. III.

T Ertio dn̄s ieſus marie pietatꝭ actū
exhibuit erga diſcipulū iohānē q̄a
ipm̄ btiſſime ſue mr̄i in filiū cōmen
dauit di. Ecce mr̄ tua ⁊c̄. Vbi q̄riť. Cur
xp̄s iohānē quē ſeruū mr̄i ſubſtituit: filium
nō ſeruū appellauit: cū ait. ecce filiꝰ tuꝰ. ⁊ ad
diſcipulū. ecce mr̄ tua. q̄re nō dixit: ecce ſer/
uus tuꝰ ⁊ ecce dn̄a tua. Rn̄deť ſm Bern̄.
ſermone p̄dicto. Prīo hoc fecit ꝓpter cha/
ritatis cōmēdatōem. qꝛ em̄ xp̄s charitatē
inter hoīes ſumme diligit: quā ⁊ in vltīa ce
na diſcipulis cōmēdauit di. Mandatū no
nū do vob̄ vt di. in. In h̄ cognoſcēt oēs q̄a
m. diſ. e. ſi di. ha. Jo. xiij. ca. Vn̄ ⁊ ipſe ſuos
diſcipulos nō dixit ſeruos ſꝫ amicos. Ideo
voluit ⁊ inter matrē ac Johānē charitatem
ſctām extollere: quā charitatē importat no/
men matris ⁊ filij. Secūdo propter Jo/
hānis honoratōez: ex eo em̄ apō ecclīaꝫ io/
hānes mereť p̄honorari vtpote filiꝰ marie
a xp̄o ſubſtitutꝰ ⁊ adoptatꝰ. Tercio ꝓpter
nr̄e ſpei cōfortationē. q̄a ſm Hugo. de ſctō
vic. Oēs electi in ꝑſona iohānis ſunt cōmē
dati btē marie tanq̄ꝫ filij: q̄ tn̄ nō ſumꝰ digni
fore ſerui. Nimirū Johānes interp̄tať gr̄a
vl' in q̄ eſt gr̄a ſm Hiero. ⁊ iō figurauit oēs
in gr̄a exn̄tes q̄s ſingulos xp̄s adoptauit i
fratres atqꝫ dei patris filios. iuxta illō Jo.
j. Quotq̄t aūt receperūt eū de. e. p. fi. dei fie/
ri. ⁊ ꝑ ꝯn̄s in filios adoptiuos ſancte mr̄is
ſue. vt oñdat nobis xp̄s ſummā pietatem ⁊
charitatē. Ideo ait. Ecce filiꝰ tuꝰ. ſ. o mulier
q̄ es mater mea. q. d. Ea diligētia foue ⁊ ꝓ/
moue hoīes electos ⁊ dilectos ac ſi eſſent ꝓ
geniti ex te: ſicut ego filiꝰ tuus. Deinde dicit
diſcipulo. Ecce mr̄ tua. q. d. O aīa fidel' cō/
ſidera Ecce q̄ntū te diligo cum ꝓ te morior
te mihi in fratrē ⁊ genitricē meā in matrē ti/
bi adopto: vt eadē diligētia te foueat q̄ ma/
ter filium: ⁊ ad ipām ſecure recurre. noli de
ſperare ſed ꝯfide ⁊ ꝯuertere ad me. ſic expo
nit Bern̄. ⁊ ſubdit exclamādo: di. O miraꝫ
⁊ inauditā pietatē xp̄i. o q̄ꝫ ꝑſicuū: o q̄ꝫ glīo
ſum eſt fore tuū diſcipulū bone Jeſu. Quis
em̄ p̄ncipū huiꝰ mūdi ſeruis ſuis iſtū ho/
norē exhibuit: qꝛ ecce dn̄s noſter matrē ſuā
celi reginā nobis ſeruis in ꝑſona iohis de/
dit nō in dn̄am tm̄ aut ſororē vel materterā
ſed in matrē cōmēdauit. ⁊ ſic nos regni ce/
leſtis fecit heredes q̄dem dei coheredes āt
xp̄i. Ro. viij. Nos igiť chariſſimi ſimus di/

ſcipuli ſtātes iuxta crucē xp̄i. Naȝ q̄ chriſti
ſunt crucifixerūt carnē ſuam vicijs ꝛ ꝯcupi
ſcētijs Gal. v. Sicq; audire merebimur: ec
ce mater tua. Si em̄ maria ē mr̄ nr̄a. ḡ ihs
eſt frater nr̄. ḡ ꝛ pr̄ ei⁹ celeſt̄ eſt pater nr̄. ꝛ re
gnū ei⁹ hereditas nr̄a. Sed adhuc q̄rit̄ q̄
liter Johes ꝑ alijs diſcipul' ſingl'ariter hāc
grām ſummā ꝓmeruit vt adoptaret̄ ſpecia
liſſime. Rn̄det̄ ſm Frā. maro. q̄ ħ de con
gruo iohānes ꝑ ceteris meruit. Primo ꝑ
virginitatē vt vgo virgini cōmēdaret̄. Nā
Sap. vj. ſcribit̄ q̄ incorruptio facit hoiem
ꝓximū deo. ꝛ ſic xp̄o ieſu atq; ei⁹ mr̄i vgini.
Tu ḡ hō ſtude puritatē ſectari vt diligar̄ a
xp̄o ꝛ a matre eius adopteris in filiū. Se
cundo ꝓmeruit ꝑ charitatē. vn̄ ſcribitur q̄
vidit Jeſus diſcipulū quē diligebat. chriſt⁹
em̄ ſe diligētes diligit. Prouer. viij. Ter
cio per paſſionis xp̄i recogitatā doloroſita
tē. quod notat̄ in eo q̄ iohannes ſtabat ſub
cruce ꝛ intuebat̄ xp̄m patientē cōpatiendo
et flendo cū glorioſa virgine matre. Qui ni
ſi aſtitiſſet hoc nō ꝓmeruiſſet ꝛc. Quarto
ꝑ deuotionis pietatē. Nā ſm Fran. maro.
ex q̄ ex btā virgīe ſūma dulcedo effluebat di
uinalis grē reſplēdentis in ea. ideo ipa erat
ſume deſiderabilis ſctā deuotōe ſpāl'r vbis
ꝑfectis ſm Dioni. Unde cōcludit̄ creden
dū q̄ iohānes ſūma deuotiōe flagrabat ad
familiaritatē marie deuotiſſimaȝ. Chriſt⁹ ḡ
vidēs ei⁹ deuotionē: dedit occaſionē caſtaȝ
eidē: vt tanq̄ filius adoptiu⁹ ſecurius adi
ret ipſius familiaritatem deuotam. propter
quod in euangelio ſubinfert. Et ex illa ho
ra accepit eam diſcipulus in ſuam. ſ. deuo
tam. nō addit matrem. quia ex pia humili
tate non eſt auſus Johānes ſe ſcribere fili
um tante matr̄. ſc; dei. Sed ſimpliciter di
cit q̄ accepit eam in ſuam. ſ. per ſpecialē de
uotionē: cui pia obſequia quotidie exhibe
ret. Tu ergo homo fac ſimiliter vt ſpūaliter
adoptari merearis. Nam Roma. viij. ſcri
bitur. Qui ſpū dei agunt̄. ſ. ꝑ deuotioneȝ hi
filij dei ſunt. O deus meus q̄nta fuit ꝯſola
tio Johāni videre: alloq;: et ꝯuerſari cū ma
tre dei quā deſiderabāt etiam angeli ꝛ oēs
ſancti. O dulciſſime ieſu da mihi pctōri ſal
tē in celeſti glia frui tua ꝛ ipſi⁹ ſctiſſime ma
tris tue viſione beata.

Articulus tercius q̄ btā maria amariſſi
mos plāct⁹ habuit ſup filio i vita ꝑcipue. xij

Circa terciū mi
ſteriū de plāctu amariſſimo bea
te marie. Nota q̄ licet ipſa in oī
bus penalitatibꝫ ꝛ doloribꝫ xp̄i ex cōpaſſio
nis pietate habuerit fletū doloroſum. tm̄ ad
nūeꝝ. xij. ſtellaꝝ deſcribunt̄ ꝑcipue. xij. plā
ct⁹ ipſi⁹. ꝓ q̄bꝫ corona glioſiſſima. xij. ſtella
rū extat coronata. Juxta illō Apoc. xij. In
capite eius corona. xij. ſtellaꝝ. Prim⁹ plā
ctus ſiue fletus marie fuit cōpaſſiōis ſup fi
lij ſui paſſiōe miſeriaꝝ. ſc; hui⁹ vite vt famis
frigoris eſt⁹ fatigioꝝ ꝛ ſilium. Nā cū vide
bat ꝑuulū ieſum plorantē ꝑ frigore vl' fame
quē ſciebat veꝝ deū ꝓ nobis ſic hūiliatum
quō mater pia ſe ꝯtinere poterat? Sic ꝛ in
oībꝫ neceſſitatibꝫ et miſerijs hui⁹ vite q̄s ꝓ
nobis ſuſcepat dei fili⁹ ſuſtinēdas vtiq; mr̄
ſumme cōpaſſiōis ꝛ affect⁹ teneritudīe cō
mouebat̄ ad fletū: vt dicere poſſit illō Tre
noꝝ. j. Multi gemit⁹ mei ꝛ cor meū merēs
Secūdus plāctus exulatōis. qn̄. ſ. fugit
cū filio in egyptū: terrā infideliū ydolatrarū
ꝑ tantā diſtātiā: quaȝ vt dr̄ vix curſor velox
pōt ꝑcurrere. xij. aut. xv. diebꝫ. Quis cogita
re ſufficiet q̄ntas penurias: q̄t fatigia et fle
tus paſſa tūc fuerit maria die ꝛ nocte in ta
li deſerto vbi nec dom⁹ ad hoſpitādū erat:
ſed ꝯtinu⁹ labor: timor ꝛ dolor. Tercius
plāctus amiſſionis quē habuit in triduo q̄
rendo ieſum. xij. annoꝝ pueꝝ ꝑditū. O q̄n
tis fatigijs et laboribꝫ plāgēdo diſcurrebat
maria q̄rēs dilectiſſimū filiū. Pie em̄ credo
q̄ illas noctes triduanas inſomnes duxit ī
lachrimoſis orōnibꝫ deū depcādo vt daret
ſibi repire filiū: nec illis diebꝫ comedere pla
cuit aut bibere ſed ꝯtinue ſe affligit amariſſi
mis lachrimis. tūc ipletuȝ eſt illud Treñ. j.
Plorans plorauit in nocte. ſ. triduana et la
chrime eius in maxillis eius. ꝓpterea ait ad
filiū: dolētes q̄rebamus te Lu. ij. Quart⁹
plāct⁹ captōis qn̄ em̄ audiuit captū filium:
pie credo q̄ q̄ſi mortua mox in terrā cecidit
ꝛ iuxta illud Thobie. x. Flebat inq̄t. ſ. ipſa
mr̄ ei⁹ lachrimis irremediabilibus atq; di.
Heu me fili mi vt q̄d te miſi. ſ. in hierl'm lu
mē oculoꝝ meoꝝ ſolaciū vite mee. Hec ibi.
Quint⁹ plāct⁹ ſup mltiplici tormētatōne
quia nouerat filiū multipl'r affligi ab ipſis:
vinculari alapari et dilaniari: tota nocte et
die varijs modis cruciari. Juxta illud p̄s.

Fui flagellatus tota nocte ⁊ caſtigatio mea
in mat. ⁊ Job.xvj. Percuſſerũt maxillã me
am ſaturati ſunt penis meis ⁊c. Sextus
planctꝰ ſuꝑ multiplici illuſiõe quia nouerat
quomodo verus deus multipliciter illudit
blaſphematꝛ: vitupatur: ⁊ cum latronibꝫ de
putatꝛ. Septimꝰ plãctus ſuꝑ innũerabili
vulneratõe: qꝛ videbat caput ſpinaꝝ denſi
tate mľtipľr punctũ: ⁊ carnẽ eius ſctiſſimaꝫ
totaľr vulneribꝫ repletã: vt a plãta pedis vſ
qꝫ ad verticẽ non eſſet in eo ſanitas. Eſaie.j.
Nã ẜm mgr̃m Jordanẽ xp̃s habuit q̇nqꝫ
milia q̃dringenta ſeptuagintaq̇nqꝫ vulne/
ra. vñ v̾ſus. Septuagintaq̇nqꝫ q̃tercẽt mi/
liaq̇nqꝫ.v̾. Tot ferꝛ xp̃s ꝓ nob̄ vulnera paſ
ſus. Et idẽ dicit ꝙ ſi q̇s ꝑ annũ integrũ q̃ti
die oret.xv. pr̃ nr̃: pro q̃libet vulnere reſulta
bit vnũ pr̃ nr̃. O igiꝛ q̃ꝫ mľtipľr plãgẽs do
lebat maria. qꝛ ẜm doctores: oĩa vulnera q̃
paſſus eſt chriſtus in carne: ipſa paſſa eſt in
corde. Merito ꝺ̾ ipſa ſcribiꝛ illud Treñ.ij.
Magna eſt velut mare ꝯtritio tua: qꝛ ſicut
gutte maris innũerabiles ita dolores Ma
rie. Octauus planctꝰ ſuꝑ ĩmani effuſiõe.
ſcꝫ ſanguĩs xp̄i totiꝰ. Nã videbat illũ ſacrũ
ſanguinẽ ĩmaniter effundi in terrã: cuiꝰ vna
gutta ꝑualebat mũdũ ẜm Berñ. Videbat
os ieſu ⁊ faciẽ pulcerrimã paleſcere: carneꝫ
exhauſtã ſanguĩe nigreſcere: ⁊ dicere pote/
rat flens illud p̃s. Defecit vita mea in dolo.
⁊ anni m. ĩ gemitibꝫ. qꝛ effuſus ſuꝫ ſicaq̃ ſuꝑ
terrã: h̾ ꝓpter ſanguinẽ xp̄i effuſum. No/
nus plãctꝰ ſuꝑ crucꝭ affixiõe: q̇a videbat ſu
um Jeſum crudeľr extẽſum ſuꝑ clauos pẽ/
dere nec habere q̃ caput reclinaret: nec poſ/
ſe ſe alleuiare ⁊c. vñ pia mr̃ dicere poterat il
lud Eſa.xxxviij. Ecce amaritudo mea ama
riſſima. Decimꝰ plãctꝰ ſuꝑ filij interno do
lore ⁊ merore. q̇a videbat ieſuꝫ triſtẽ habere
aĩaꝫ vſqꝫ ad mortẽ: ⁊ ſummos dolores pati
tũ ꝓ matrꝭ cõpaſſiõe. tũ ꝓ hoĩm ĩgratitudĩe
vt p̃cedẽte ꝑte actuꝫ eſt de incõprehẽſibilibꝫ
doloribꝫ xp̄i. Undecimus planctꝰ ſuꝑ filij
flebili morte. qꝛ videbat xp̄m cũ clamore et
lachrimis mori: vt teſtaꝛ apľs Heb.v. Cre/
diꝛ ergo ꝙ ⁊ maria tũc p̄ dolore cordis fuiſ
ſet mortua: niſi a. ſſ. miracľoſe fuiſſet p̄ſerua
ta. Duodecimus plãctꝰ ꝓ ſeꝑatõe ⁊ orba
tione filij. quia ſepulto chriſto ſciuit ipſum
ampliꝰ nõ poſſe videre viuẽtẽ iſta vita mor
tali. De hoc deuoto plãctu Marie Berñ. ĩ
quodã opuſculo: alij q̃ꝫ deuoti ꝓſequũtur
dicẽdo ꝙ xp̄o de cruce depoſito: mr̃ adora/
uit ipm: ⁊ caput venerabiľr ſuſcipiẽs ĩ bra/
chia ſpinas extrahebat: oſculabaꝛ cruẽtatũ
⁊ dicebat talia O caput digniſſimũ q̃ꝫ mul
tipľr es cõpunctũ cũ ſis ſapĩe diuine habi/
taculũ. Jntuebaꝛ faciẽ ſputis maculataꝫ et
extergẽs ruebat in oſcula di. O decora faci
es quã angeli deſiderãt ꝓſpicere: quõ facta
es vt leproſa. ſic ⁊ manꝰ ac latus oſculando
di. O manꝰ q̃ celũ formaſtis ⁊ terrã. O latꝰ
ꝑforatũ: oſqꝫ ſacrũ clauſit ⁊ oculos oſculan
do di. O q̃ntũ gaudiũ mihi ĩde ⁊ q̃nta dul
cedo erat ex aſpectu ſuauiſſimo ⁊ eloq̇o di/
uino. O nate p̄dilectiſſime nũc te mortuuꝫ
teneo in gremio quem paruulum caſte ge/
nitum portaui cum gaudio. O fili amãtiſſi
me: cur tibi ſitio clamãti: aquã porrigere ne
q̇ui: cui in infantia tua virgineũ de celo lac
ſugẽdũ p̄bui. Nate mi dilectiſſime fructus
v̾ginaľ cõſolatio ⁊ gaudiũ olim meuꝫ: quõ
verſus es mihi in luctuꝫ. tu mihi diuitie et
ſolaciũ. tu oẽ bonũ meũ ⁊ nũc orbata q̇d fa
ciam: q̃ diuertar: ad quẽ cõfugiã: vbi caput
reclinẽ ſine te ſolacio vnico ⁊ filio p̄dilectiſ/
ſimo. Sicqꝫ tot ⁊ tãtas lachrimas fudit ri
gãdo corpus filij vt ablueret a ſanguine et
ſputis caput ⁊ facies ieſu. Flebãt q̃ꝫ cuꝫ ea
ſctẽ mulieres atqꝫ ioſeph ⁊ nicodemꝰ adeo
ꝙ loq̇ p̄ fletu vix poterãt. Sed qꝛ hora tar/
da erat corpꝰ in ſepulchrũ reponere feſtina
bant. q̇bꝫ ipſa pijſſima mr̃ aiebat: Miſere/
mini mei miſe. m. ſ. v a. mei. ꝑmittẽdo vt te/
neã in vlnis mortuũ filiũ quẽ viuũ tenere ñ
poſſum. Tãdẽ q̃ꝫ ſepulto: mr̃ cũ lachrimis
oſculato ſepulchro ⁊ adorato reuertiꝛ in ci
uitatẽ Hec ⁊ plura talia ſcribunꝛ a deuotis
nec poſſumus plene cõprehẽdere ⁊ edicere
totũ lamentũ marie. ſed cõpati ſtudeamꝰ vt
cõregnare valeamus Amen.

Jncipit quartus liber de ĩmaculata con
ceptione Marie.

**Quartus liber**
de miſterio ĩma culate conce/
ptõis marie habet duas ꝑtes
Prima ꝑs agit ꝑ modũ ꝓba/
tiõis de h̾ ꝙ btã maria ſit ꝯcepta ſine origi
nali pctõ. Secũda ꝑs agit de eodẽ ꝑ mo
dũ elucidatõis ⁊ declaratõis. Jtẽ põt etiã
cũ placuerit p̄dicari de feſto cõceptõis ma

rie pars ꝑma libri q̄nti que eſt de ortu eius.

Pars prima de imaculata cōceptōe marie ꝓbando ꝙ ſit ꝑſeruata ab originali.

# Tota pulchra es

amica mea ꝛ macula nō eſt in te. Uerba ſunt dei ad b. ꝟginē Cant. iiij. In q̄b⁹ ꝟbis ſacris ipſa gl'ioſa virgo tripl'r cōmendat. Pꝛio de gratioſa pulcritudine: cū dr. Tota pulcra es, vere tota pulcra maria, qꝛ oīs pulcritudo aīe rōnal' eſt a dei grā ſm Fran. maro Maria ꝟo eſt grā plena: teſte angelo Lu. j. Ex q̄ etiā ſequit ꝙ qꝛ tota pulcra: ḡ q̄libet ꝑs vite eius grōſa. Totū em̄ ſm logicos reſoluit ſic. i. quelibet ꝑs. ꝛ ſic eius ꝯceptio fuit gratioſa ꝛ ab originali pctō ꝑſeruata ꝑ ſpecialiſſimā gratiā. Secūdo cōmēdat maria ꝙ eſt dei amica cū dr Amica mea. qꝛ ab eterno ꝑordiata vt ſit mr̄ dei dilectiſſima. iuxta qđ ipſa di. Prouer. viij. Necdū erāt abiſſi ꝛ ego iā ꝯce. ꝛc̄. Tercio cōmēdat de puritate ſūma: qꝛ inq̇t Macl'a nō ē in te. neq̧ origīal' neq̧ actualis pctī. Un̄ hic acturi de mirāda ꝛ īmaculata ꝯceptōe marie: tria miſteria notabim⁹.

Primū miſteriū dr celebritatis.
Secundū dicit immunitatis.
Terciū dicit ꝓbabilitatis.

Pōt etiā ad h̄ idē thema applicari. Pulcra es ꝛ decora filia hierl'm: terribil' vt caſtrorū acies ordiata Can. vj. Et eccl'ia canit. đ huius autē ꝓceſſu iuxta Aue Maria ſpecial'r vide circa finez huius voluminis.

Articulus ꝑmus ꝙ feſtū cōceptiōis marie ab omnib⁹ eſt celebrandū. ꝛ ad id inducunt plures vtilitates.

# Circa primū mi

ſteriū celebritatꝭ queſtio ꝟſat inter pleroſq̧ Utꝝ liceat feſtū conceptiōis marie ab eccl'ia celebrari: q̇buſdaz dicētib⁹ ꝙ nō, eoꝙ ipſa cōcepta eſt in vtero ſctē Anne matris. de viro. i. ſctō Joachim ꝯcubitu mr̄imoniali. Et nō eſt veꝝ qđ ſimplices putāt. ſ. annā ꝯcepiſſe ꝑ ſolū oſculuz ioachim. Un̄ illi dicunt ꝙ btā ꝟgo ꝯcepta ſit in pctō origiali, ꝛ iō feſtū ꝯceptiōis celebrandū nō rōne ꝯceptōis ſed rōne ſctificatōis, ꝛ ſic intētio celebrantis deberet fieri ad tēp⁹ ſctificatōis nō ꝯceptōnis. eo ꝙ cito poſt ꝯceptōez credit fuiſſe ſctificata. Sed doctores nr̄i tenēt ꝙ b. maria licet in ſancto mr̄imonio cōcepta ſit ſine origiali pctō. Et id ꝯciliū Baſilien̄. determiauit credēduz a cūctis. et deniq̧ Sixt⁹ papa. iiij. anno M. cccc. lxxvj. currēte ſub eiſdē indulgētijs q̄ a ſummis pōtificib⁹ ſunt date ꝑ feſto corpis xp̄i: ordinauit feſtū ꝯceptōis b. Marie celebrandū cū octa. ſpāli q̄z miſſa ꝛ pulcerrimo officio editꝭ: q̇b⁹ expꝛ̄ſſe ꝯtinet b. mariā ꝑſeruatā fuiſſe a pctō originali: hocipm declarauit ꝛ ꝯfirmauit credenduz. Quilibet igit fidelis hortat ab eccl'ia dicēte Gl'ioſe ꝟgis Marie ortū digniſſimū recolam⁹ q̄ ꝛ genitricis dignitatē obtinuit ꝛ ꝟginalē pudiciciam nō amiſit. Et nota ꝓpter ſimpliciores ꝙ h̄ feſtū ꝯceptionis marie debet q̇libet deuote celebrare propter quatuor precipua inductiua.

Primo ꝓpter chriſti honorem
Secūdo ꝓpter Marie amorem
Tercio ꝓpter fructificationem
Quarto ꝓpter indulgentie ꝯſecutionez.

Primo ꝓpter xp̄i honorē. qꝛ vt dic̄ hiero. ſ. de aſſump. Nulli dubiū q̇n totū ad dei honorē ꝑtineat q̇cq̇d ſue genitrici fuerit officioſiſſime exhibitū ꝛ impēſum. Hec ille. Itē Bern̄. đ laudib⁹ virg di. O felix Maria q̇ te diligit deū honorat. Qui tibi ſuit deū reficit. q̄ tuū nomē puro corde inuocat q̇cq̇d poſtulat idubitāter ꝯſequit. Hec ille. Secūdo ꝓpter ꝟgis marie amorē. Un̄ Ank. in epl'a ad coāglicanos epos dic̄. Non videt verus amator virgis marie q̇ recuſat diem ꝯceptōis ei⁹ colere. Hec ille. Tercio ꝓpter fructificatōez. qꝛ plurime vtilitates ꝛ fruct⁹ ex h̄ acq̇runt: ſic̄ colligit ex officio hui⁹ diei ꝛ ꝟbis ſctōꝝ. Pꝛia q̇dē dr exaltatō Ecci. xv Obuiabit. ſ. Maria illi tanq̧ mr̄ honorificata. ſ. in ſui ꝯceptōe ꝛ veneratōe. Et exaltabit illū. ſ. deuotū ſuū apud ꝓxios ſuos. Ad id refert Ank. in epl'a ꝑdicta miraculū ſcm̄ tꝑe Karoli regꝭ frācoꝝ de q̇dā germano regis Hūgarie: cui btā ꝟgo maria iniūxit vt feſtū ꝯceptōis ſue celebraret ꝛ ipm in pr̄iarchatū Aq̇legie exaltauit. De hoc habes li. vl. ꝑ. vl. c. vj. miracu. iiij. Scđa vtilitas dr defenſatio. q̇a tales maria defendit in ꝑiculis ꝛ liberat a ꝯfuſiōe ꝛc̄. Un̄ Ank. in epl'a qua ſ̄. dic̄ Quiſquis ꝑſul aut abbas es recole diligēter feſtū ꝯceptōis marie ꝛ a cunctꝭ iube eā diligēter coli. qꝛ ſi toto corde eaz

amaueris nunq̃ de tuo gradu cū cōfuſiōe deponeris. Et ad id facit qđ narrat ibidez Anſ. miraculū de q̃dam helſino abbate q̃ cū in negocijs reg. anglie nauigaret: ecce tē peſtate orta ī mari cū nō eſſet ſpes alia euadendi: ad b. mariā ꝯfugit p̄cibꝫ: mox q̃z ī aere apparuit q̃dā ī pōtificali habitu lucidus ꝛ ait. Scias q̃ dn̄a Maria miſit me iubēs q̃ ſi vis liberari, pmittas te annuatim celebrare ꝛ celebrādū p̄dicare feſtuz creatiōis ꝛ ꝯceptionis ipſi⁹. Qđ ille, pmittēs: mox liberatus eſt ſedata tēpeſtate. Tertia vtilitas ſpecialis gratie infuſio. Sicut eñ ipſa ī cōceptione eſt infuſa ſpeciali gratia copioſi⁹ q̃ eſt p̄ſeruata a pctō originali ꝛ ſctificata miro modo: ita pbabile eſt ꝛ veriſilē q̃ celebrātibus hoc feſtū Marie ſpālis infundit grā ex ipſi⁹ redundātia plenitudis. Vñ Bern̄. Vas inq̇t liq̄re plenū ſi q̃mō moueat effūdit liquorē ex ſuppleno, ſic Maria cum ſit plena grā ſi q̃mō moueē precibꝫ: effundit in nos gratiā. Hec ille. Quarta vtilitas celeſtis glīe retributio. Vnd̄ ſcribit in figura Ecci. xliij. A luna ſignū diei feſti. Nā maria eſt pulcra vt luna Cañ. vj. Ab hac g̃ luna. i. maria ſignū diei feſti. ſ. eternitat. q̃z deuot⁹ cultus feſtiuitat. marie eſt ſignum btitudīs celice ꝯſequēde. p̄cipue aūt celebratio et cultus feſti ꝯceptōis b. marie, vt teſtat Anſ. in ep̄la q̃ ſupra di. ſic. Nos fratres dilectiſſimi ſi portū ſalutis volum⁹ apphendere: dei genitricis creationē ꝛ ꝯceptionē dignis officijs celebremus: vt ab ei⁹ filio digna mercede remuneremur. Hec ille. Quarto p̄ncipal'r inducimur, ppter indulgētie ꝯſecutionē. Naz p̄ter ſupraſcriptas a Sixto papa ꝯceſſas indulgētias: inſup ꝯciliū Baſilieñ. oībꝫ vere penitētibꝫ ꝛ ꝯfeſſis ea die īntereſſentibꝫ miſſis cētū p̄mis vel ſecūdis veſperis ꝛ matu. totidē. Itē ſermoni diuini de ea feſtiuitate. cl. dies indulgeñ. ꝯceſſit ppetuis tp̄ibus duraturis, vt patet in bulla.

Articulus ſecundus de imunitate cōceptiōis Marie ꝛ eius poſſibilitate ac cōgruitate.

vtero inuẽta eſt floruiſſe dono ſpũſſcti. Sz
di. Cũ btã virgo in ſua ꝯceptõe fuerit ſan-
cta: q̃a ſine originali pctõ ꝯcepta eſt ꝑ te. q̃-
modo ḡ dicis eam ſctĩficatã fuiſſe. Rñdet̃
ſm richar.in.j. diſt.iij. ar.iij. q.iiij. ꝙ ſanctifi
cari aliq̃d ḋr Uno mõ de nõ ſctõ fieri ſctm̃
et iſto mõ nõ dicit̃ btã virgo ſctĩficata: q2 ꝓ
ſupponit̃ ſic eã fuiſſe peccatricẽ: qḋ nõ cõce
do. Alio mõ de eſſe ſctõ fieri magis ſctm̃ ſc;
ſimul accipiẽdo eſſe accipe ⁊ ſctĩtatẽ. ⁊ ſic di
cit̃ virgo ſctĩficata. Uñ ſm Franciſcũ ma-
ro. vbi s̃. In ꝯceptõe ꝟginis deſcẽdit ſpũſ-
ſctũs in aĩam eius nõ vt purgaret eã ab ali
quo pctõ qḋ nõ erat: ſed vt haberet grãz ⁊ i
ipſa cõfirmaret̃: ita ꝙ nõ poſſet peccare vn
q̃ nec mortal'r nec venial'r. Et de hoc etiaz
ſupra li.iiij. habes ꝑte.ij. arti.ij. diffic'.j. Et
infra ca.vj. hui⁹ libri. ꝑte.ij. arti.ij. Ca.II.

Secundo videndũ eſt quãdo beata
virgo fuerit ſctĩficata. Ubi nota ꝙ
ſi loq̃mur ſm modũ illorũ q̃ tenent
ꝙ beata virgo fuerit ꝯcepta in peccato ori-
ginali: ipſa fuit ſctĩficata poſt infuſionẽ ani
me a peccato quod inerat. Sed hoc mihi
nõ placet: quia ſum cum noſtris doctoribꝫ
tenẽtibus eam fuiſſe ꝯceptam ſine peccato
originali. Nam vt ait glo. ſuꝑ illo ꝟbo Jo-
han.xix. Mulier: ecce fili⁹ tuus. xp̃s inquit
docet vt a pijs filijs cura parẽtibꝫ impẽdat̃.
Sũmã ergo curam habuit chriſt⁹ ſue ma-
tris: cum ſumme eã dilexerit. imo ſua dile-
ctio fuit oĩs alterius dilectõis filialis exem
plum ⁊ regula ac mẽſura. Sũmo aũt ⁊ ma
ximo cõtrariũ nõ admiſcet̃: vt ſumme cali-
do nõ admiſcet̃ frigus. ergo dilectioni qua
chriſtus dilexit matrẽ nunq̃ odiũ admixtũ
fuit vl' ira. vnḋ nunq̃ fuit odita btã virgo a
chriſto pro quouis inſtãti. Sed ſi fuiſſ; cõ-
cepta in peccato originali fili⁹ tenebat̃ odi-
re eam ⁊ deteſtari ꝓ illo tunc. ergo ſequit̃ ꝙ
nunq̃ fuit ipſa iracũdie dei vas. Dico igit̃
ſm modum doctoꝝ noſtroꝝ ꝙ ſanctificata
eſt virgo in ṗmordio ſue ꝯceptõis: ita ꝙ ſi-
mul tꝑe accepit eſſe ⁊ ſanctitatem. vt ſupra
patuit.

Capitulum. III.

Tercio de excellẽtia huius ſanctifi-
catiõis videnduz reſtat Utrum ſc;
pre alijs in vtero ſanctificatis fue-
rit ſctĩficata. Et reſpõdetur ꝙ ſic: abſq; du
bio. Nã ſctĩficatio ꝟgis tripl'r excedit alio-
rũ ſctĩficatõem. Prio tꝑis celeritate. Naz
Hiere. nõ lõge añ natiuitatẽ eſt ſctĩficatus.
iuxta illḋ Anteq̃ exires de ventre ſctĩficaui
te Hiere.j. Johes ꝟo baptiſta in mẽſe ſexto
qñ Maria viſitauit ⁊ ille in vtero exultauit
Lu.j. Sed btã virgo mox vt erat aĩa rõna
li aĩata fuit ſctĩficata: vt dic̃ Aug⁹. i q̃dã ſer
mone ḋ natiui. ꝟgis. Hec inq̃t ꝟgo mox vt
i mũdũ ꝑ generatõis hũane lineã venit oĩs
boni virtute ꝑfecte reſplẽduit. Mox aũt et
ſtatim referunt̃ ad inſtãs ſm phm. iiij. phi-
coꝝ. Scḋo excedit aliorũ ſanctificationẽ
in mũeris largitate: q2 gratie mũere copioſi
us fuit ditata q̃ alij: qḋ patet ex h̃. q̃a alijs
ſctĩficat; in vtero fuit collatũ ꝙ poſtea nun-
q̃ peccauerũt mortal'r. Ipa ꝟgo nunq̃ pec
cauit etiã venial'r. vñ Berñ. Puto copioſi-
us mun⁹ grẽ deſcẽdiſſe in ꝟginẽ q̃ nõ ſolum
ei⁹ ortũ ſctĩficaret: veꝝ ipſam ab oĩ pctõ de-
inceps cuſtodiret imunez. Tercio in gratie
vbertate: quia ab ea gratie copioſitas gene
raliter in oĩes ſe diffudit. Uñ Hiero. i ſer
mone de aſſumptiõe dicit. Decebat vt eſſet

plena gratia que celis dedit gl'iam: terr̄ de-
um: paceq̄ꝫ refudit. vere gratia plena ꝑ quā
largo ſpūſſancti ymbꝛe ꝑfuſa eſt omnis cre
atura. Hec ille. Et circa ꝑmiſſa. Ca. IIII.

QUarto occurrit vidēdū quotiēs fu
erit virgo bn̄dicta ſctificata. Ubi
nota ſ̄m doctoꝛes poſitionē ſuꝑ .iij
diſt. iij. ꝙ tres fuerūt ſctificatōes matris dī.
Pꝛima fuit ſanctificatio in vtero mater-
no: in q̄ habuit ꝑſeruationē a pctō oꝛiginali
ſ̄m noſtros doctoꝛes ꝛ gr̄e īfuſionez: necnō
fomitis extirpatōem vt nō remāſerit nec fu
erit in ea niſi cauſaliter. Secūda ſctifica-
tio fuit in ſpūſſctī obūbꝛatōe ꝛ filij dei con-
ceptōe. In q̄. ſſ. ſic eā impleuit vt digna fo-
ret ꝯcipe virginitatis gl'ia manēte verbum
et certificauit de ꝑſeuerātia ac btitudine cō
ſequēda. vnde angelus ait. Ne timeas ma-
ria inueniſti gr̄az apud dn̄m. Et iteꝝ. Spi
ritusſctūs ſupueniet in te ꝛc̄. Tercia in fi
lij dei inhabitatōe in vtero ſuo: in q̄ ſuꝑ p̄-
dicta habuit ꝙ totalr̄ dedicata fuit ad diui
na ꝛ nō ſolū mens ſed etiā coꝛpꝰ eius diui-
nitatis luce reſplēduit. Iuxta illud Ezech.
xliij. Terra .i. maria ſplendebat a maieſtate
dn̄i ꝛc̄. Un̄ etiā licitis vſibꝫ mr̄imonialibꝫ
eā aptare erat īpoſſibile. Quarta ſ̄m do-
ctoꝛes cōiter ſctificatio ſuꝑaddit in aſſum-
ptione in qua habuit gr̄e ꝛ gloꝛie cōſumma
tionē ꝛc̄. O igit̄ deuota aīa pēſa q̄ꝫ ſancta q̄ꝫ
felix q̄ꝫ glıoſa ſit virgo Maria q̄ tātis gr̄aꝝ
donis eſt ſublimata. O q̄ꝫ excellētiſſima re-
gina q̄ tātis inſignijs extat laureata oēs ad
eā ꝯfugiamus: eā inuocemus vt eiꝰ plenitu
dine gr̄am acq̄ramus.

Articulus tercius de reuelatōe tꝑali fa-
cta a deo ml'tipliciter ꝙ. ſ. beata Maria oꝛi
ri debuit mundo.

# TErtium miſteri

um dr̄ tꝑalis reuelatōis. Ex q̄ nāq̄ꝫ
miſericoꝛs deꝰ ſic oꝛdinauerat ꝙ
mūdus reꝑari deberet ꝑ incarnatōem chꝛi
ſti ex virgine Maria. ꝛ ſtatuerat ꝙ a p̄nci-
pio mūdi vſq̄ꝫ in finez nullo vnq̄ꝫ tꝑe aliq̄s
ſaluari poſſet niſi ꝑ fidem vniꝰ mediatoꝛis
xp̄i Ieſu ex ꝟgīe Maria nati: vt dicūt Au
guſt. li. d̄ coꝛreptōe ꝛ gr̄a. ꝛ Gre. ſuꝑ Ezech.
vn̄ Actuū. iiij. Nō eſt aliud nomē ſub celo
datū hoībꝫ in q̄ oportcat ſaluos fieri credē-
tes. ꝓpter quod miſteriū incarnatōis xp̄i ex
virgīe Maria aliqualr̄ opoꝛtuit ꝛ neceſſa-
riū fuit oī tꝑe eſſe creditū apud oēs ſcꝫ vl' ex
plicite: vel implicite. vt ꝓbat ſctūs Tho. ſe
cūda ſcd̄e. q. ij. ar. vij. ꝛ Bonauē. ſuꝑ. iij. di.
xxv. q. j. art. ij. Idcirco deus miſeratoꝛ ꝛ mi
ſericoꝛs q̄ neminē vult ꝑire ſed vult oēs ho
mines ſaluos fieri ꝛ ad agnitionē veritatis
venire ſ̄m apl'um. j. Thimo. ij. Qi tꝑe huiꝰ
mūdi multiplr̄ reuelauit ꝙ videlicet oꝛiūda
eſſet in mūdo vna ſacratiſſima puella. ſ. ma
ria: ex q̄ dei filius carnē aſſumēs ſaluaturꝰ
eſſet mūdū. poſſumꝰ aūt īter cetera diſtigue
re ꝛ ꝯſiderare. xij. p̄cipua tꝑa mūdi ad nūe-
rū. xij. ſtellaꝝ in coꝛona btē virgīs: q̄bꝫ vicz
tꝑibꝫ deus oīpotēs voluit reuelare ꝛ reuela
uit bn̄dictā virginē mūdo: ꝛ ex ipſa fiendaꝫ
incarnatōem xp̄i q̄ in tribꝫ q̄ternarijs dſcri
bunt̄. vt patꝫ inſpiciēti in figura ſubſcripta

Pꝛo pꝛimo quaternario.
Pꝛimū eſt tēpus angelice cōditionis.
Secundū eſt tēpus innocētie hoīs
Tercium eſt tēpus pꝛime trāſgreſſiōis
Quartum tēpꝰ hūane multiplicatōis

Pꝛo ſecundo quaternario
Pꝛimū eſt tp̄s p̄riarchice electionis.
Secūdum tp̄s iſraelitice liberatiōis.
Terciū tp̄s ꝓphetice reuelatōis.
Quartum tp̄s iudaice oberratōis.

Pꝛo tercio quaternario
Pꝛimū eſt tp̄s ꝓhice cognitōis.
Secundū eſt tp̄s gētilice ꝯuerſatiōis
Terciū tp̄s ꝓxime generatōis.
Quartū tp̄s implete incarnationis.

PRimo itaq̄ꝫ reuela Caplm̄. I.
uit oꝛtū beate virgīs deꝰ in tꝑe an-
gelice ꝯditōis. qd̄ oſtēdit triplici rō
ne. Pꝛimo rōne tētatōis: q̄a vt dic̄ Bern.
ſuꝑ illud Ione. j. c. ꝓpter te oꝛta eſt hec tēpe
ſtas. Lucifer q̄ erat ſummꝰ angelus ꝯgno-
uit naturā humanā ꝑuenire ad hāc digni-
tatem ꝙ vniret̄ deo et aſſumeret̄. ſ. ex virgi-
ne in vnitatē ꝑſone diuine ac exaltaret̄ ſuꝑ
naturā angelicam. vidit īquit ꝛ inuidit ꝛ in
uidia diaboli introiuit in oꝛbem terraꝝ. vn̄
inuidens homī de maioꝛi felicitate ſuperbi
uit nolēs ſubeſſe deo hoī. Ait em̄ Ponā ſe-
dē meā ad aq̄lonē ꝛ ero ſil'is altiſſimo. Eſa.
xiiij. Quod alijs angelis māifeſtauit ꝛ mul
ti ei ꝯſenſerūt blandiētes eidem de decoꝛe ꝛ
pulcritudine ſue ꝯditōis ꝛ nature. ꝙ. ſ. ipſe
eſt dignus vt habeat illum honoꝛem ꝙ pa-

rificeť deo nec ſubſit ei nec ſeruiat homi. Et
ſic oẽs e celo ceciderũt. Boni aũt angeli vt
Michael raphael gabriel ſeraphin cheru-
bin ⁊c̃. nõ ꝯſenſerũt ei: imo ꝯtradixerũt. ſed
deo obedire volẽtes adheſerũt ei ꝑ charita
tem ⁊ fidez. ⁊ ſic cõfirmati ſunt vt volũt oẽs
cõiter doctores ſup. ij. diſt. v. Scd̃o oſtẽ-
diť rõne reſtauratõis. q꞉ cũ motuz fuiſſet ħ
pliũ inter angelos. ſ. ꝑ ꝯtrariã volũtatẽ ⁊ ru
ina facta i ſingulis choris crediderũt ⁊ no-
uerũt angeli ꝙ deberet iſta ruina repari ex
hoibꝫ. ⁊ hoc nõ niſi ĩpleto miſterio incarna
tionis ex ꝟgine. Ideo dic̃ Aug. v. ſup Geñ.
ad lr̃am. ꝙ angelos nõ oĩno latuit miſteriũ
regni dei. i. incarnatõis. q̃ſdaz tñ rõnes hu
ius miſterij ꝑfecti⁹ cognouerũt xp̃o reuelan
te ſm̃ Tho. ſcd̃a ſcd̃e vbi ſ. Tercio oſtẽ-
diť rõne diuĩe reglatõis. q꞉ diuĩa ſapĩa hãc
regulã ſtatuit ꝙ diuĩa mediantibꝫ angel' ad
hoĩes ꝑueniãt. Vñ Dioni. iiij. c. celeſt' hie-
rar. di. ꝙ diuinũ Ieſu benignitat' miſteriũ
angeli ꝓmũ edocti ſunt: poſtea per ĩpos ad
nos diuinitatis cognitio trãſiuit. ſ. reuelan
do hoĩbꝫ vt patet de ꝓphet' ſil'r ⁊ de paſtori
bus ac btã ꝟgĩe q̃bꝫ angelus xp̃i ĩcarnatio-
nẽ reuelauit. ĝ angelis ħ pri⁹ fuit reuelatũ a
deo. Hinc Ecc̃i. xxiiij. btã ꝟgo ait. Ego ex
ore altiſſimi ꝓdij. i. ꝑ altiſſimi ſapĩam oriun
da fui ꝓmogenita ante oẽm creaturam. ſ. di
gnitate: ego feci vt orireť in celis. i. in angel'
lumẽ indeficiẽs. ſ. glĩe ꝯfirmate. ſ. ꝑ fidẽ in-
carnatiõis ex me fiende. Caplm̃. II.

Secũdo reuelauit de⁹ btãm ꝟginem
tpe innocẽtie hoĩs cũ dñs ait Geñ.
ij. Nõ eſt bonũ hoĩem. ſ. xp̃m q̃ fuit
ſecũdus adã ſm̃ apl'm eſſe ſolum: faciam⁹ ei
adiutoriũ ſil'e ſibi. ſ. mariã. Nota ſm̃ Tho.
ſcd̃a ſcd̃e. q. q̃ ſ. ꝙ hõ in ſtatu innocẽtie ha-
buit fidẽ explicitã de xp̃i ĩcarnatõe ſm̃ ꝙ or
dinabať ad ꝯſũmmatõez glĩe. nõ aũt ſm̃ ꝙ
ordinabať ad liberationẽ a pctõ ꝑ paſſionẽ
⁊ reſurrectionẽ. patet: q꞉ nõ fuit ꝓſci⁹ pctĩ fu
turi. Quõ aũt hõ ꝓſciuit ĩcarnatõez videť ꝑ ħ
ꝙ dixit Relĩqt hõ pa. ⁊ matrẽ ⁊ adherebit
vxori ſue. Hoc em̃ apl's Eph. v. dicit ſacra
mentũ magnũ eſſe in xp̃o et eccl'ia. qđ q̃dez
ſacr̃m nõ eſt credibile ꝓmũ hoĩez ignoraſſe
Vñ crediť a pleriſqꝫ ꝙ adã in ſopore ſuo di
uina reuelatiõe cognouit ħ futuꝝ ſacr̃m in-
carnatõis. Vt em̃ dicit Auguſti. ſup Geñ.
ad lr̃am Tũc mẽs Ade ꝑnceps angelice ſo
cietatis intrauit in ſctũariũ dei vt intellige-
ret nouiſſima in dei ſpeculo. et vidit ꝙ ex ſa
cramẽto mr̃imonij ꝯtracti inter ĩpm ⁊ Euã
formatã oriũdi eſſent ml'ti ſctĩ patriarche: ꝓ
phete apl'i ⁊c̃. Et maxĩe ꝙ deſcenderet vna
ſacra ꝟgo q̃ deũ paritura eſſet ſaluatorẽ mũ
di. Ideo tot⁹ gaudio replet⁹ euigilãs locut⁹
eſt ꝓphetãdo de ſacr̃o matrimonij di. Relin
quet hõ patrẽ ⁊ ma. ⁊c̃. Et ꝓpterea ĩtãtũ dile
xit Euã ꝙ magis voluit ꝯtra dei volũtatez
facere in comeſtione pomi vetiti q̃ ĩpſaz cõ
triſtare. vt dicit magiſter in ſecũdo. diſt. xxj.
cap. v. Capitulum. III.

Terciũ eſt tẽpus ꝓme trãſgreſſionis
ſcz Ade ⁊ eue: quo tpe deus reuela
uit futurã bñdictã virginẽ. q̃a cum
ob ꝑuaricationẽ penas deus mulieri ⁊ ade
infligeret ⁊ ad ſerpẽtez maledictur⁹ veniſſet
poſt alia verba ait in figura de Maria: ĩpa
ꝯteret caput tuũ ⁊c̃. O q̃ntũ flebant ⁊ dole-
bant primi parẽtes de miſerijs quas incur
rerãt per peccatũ. O q̃ntum gaudebant cũ
audierũt aliq̃ñ ꝑ virginẽ bñdictã caput ſer
pent' ꝯterẽdũ ⁊ ſe liberãdos. Cap. IIII.

Quarto reuelauit tpe hũane multi-
plicatõis. quia ex eo ꝙ hoĩes cepe
runt multiplicari in terra: multipli
citer deus reuelauit miſteriũ incarnatõnis
ex maria ꝟgine in varijs ſacrificijs ⁊ figur'
añ legem ⁊ ſub lege q̃ꝝ ſignificatũ explicite
maiores cognoſcebãt. minores ꝟo ſub ve-
lamine illoꝝ credẽtes ea diuinit⁹ eſſe diſpo
ſita de chriſto vẽturo: velataz fidẽ habebãt.
vt dicit ſanct⁹ Tho. vbi ſupra. Nam ꝓmo
Abel vidit incarnatiõem xp̃i de ꝟgine. ⁊ iõ
virginitatẽ ſeruauit qua figurã xp̃i geſſit de
virgine nati. Vnde ⁊ acceptabile ei⁹ ſacrifi
ciũ fuit ſicut dicit Aug. libro diuerſaꝝ q̃ſti-
onũ ad Oroſiũ. Secũdo Enoch i fide me
diatoris placẽs deo trãſlatus eſt vt xp̃o de
virgine Maria nato tpe antixp̃i teſtimoni
um ferat: ⁊ pro hac fide martir fiat. Tercio
Noe hoc intellexit figuratũ qñ de arca emi
ſit colũbã: que nõ tetigit aquas nec cadaue
ra ſed reuerſa eſt ad veſperã portans ramũ
oliue in ore ſuo: ⁊ ſic annũcians pacem ter-
ris redditam Geñ. viij. ca. Hec columba ſi
ne felle ſcz amaritudinis fuit beata virgo q̃
nõ tetigit putredinem vl' morticinũ peccati
hec ad veſperã mũdi ramũ oliue portat cũ
filium ex miſericordia hũanatum: virentibꝫ

foliȷ̄s:qꝛ gratia ⁊ veritate plenuȝ baiulat:et
terris pacē nunciat cum deo factā. Alias fi
guras cauſa breuitatis ꝑtereo. Cap. V.

Quinto reuelauit deus ꝙ beata vir
go eſſet futura mūdo: ⁊ ex ipſa ſal/
uatoꝛ naſcitur⁹ tpe patriarchice ele
ctionis multipliciter. E quibꝫ aliqua inſera
mus pluribꝫ ꝑtranſitis. Nam ꝑmo Abrae
reuelatū eſt:qn̄ dictū eſt:in ſemīe tuo bene/
dicenť om̄es gētes Gen̄.xxij. In ſemīe tuo
id eſt in xp̄o vēturo.ſ.ꝑ virginē. Secundo
Iſaac reuelatū habuit in ſui īmolatōe Ge/
neſ.xxij.qđ figurauit chriſtū vnigenituȝ dei
filiū īmolatuꝫ in carne ex virgīe aſſumpta.
Tercio Jacob reuelatū eſt qui ait Gen̄.xl.
Non auferetť ſceptrū de iuda donec veniat
q̄ mittendus eſt.i.xp̄s ex ꝟgine de tribu iu/
da oriundus. Capitulum. VI.

Sexto tpe iſraelitice liberatiōis. Nā
Moyſes vidit rubum ardētē ⁊ nō
cōburi Exo.iij. Per ignem diuini/
tas figuratť.ꝑ rubum nō cōbuſtuȝ viroꝛ vir
ginalis.vt canit eccleſia Rubū quem vide
rat Moyſes incōbuſtū cōſeruatā agnoui
mus tuā laudabilē virginitatē. Item Aa/
ron virga ſicca floruit fronduit ⁊ amigdala
ꝓduxit Nume.xvij.ad figurādum ꝙ Ma
ria virgo manēs ⁊ ſicca ab omni ꝯcupiſcē/
tia chriſtuȝ generatura erat. Itē Joſue hoc
reuelatū eſt:qn̄ ſol.i.chriſtus ſtetit in medio
celi.i.in vtero virginis. Nam celum dicitť a
celādo.ſic vterus virginis Marie celuȝ eſt
quia ſicut in celo materiali:ita in vtero vir/
ginali celabatť de⁹. Et hoc habetur Joſue
iij. Multe alie figure cauſa breuitatis ob/
mittunť. Capitulum. VII.

Septimo tpe ꝓphetice reuelationis.
quoniā ꝑ ora oīm ꝓphetarū id de/
us nobis in ſcriptura ſacra annun
ciat:lege ⁊ videbis. Nam Dauid ait. Jura
uit dn̄s dauid veritatem ⁊ nō fruſtra.eū de
fru.ven.t.po.⁊c̄.⁊ iteꝝ. Elegit eam de⁹ ⁊ ꝑe
legit eam. Itē Aſtitit regina a dextrꝭ tuis in
veſt.deau.⁊c̄. Itē Salomō Cāti.iij. Egre/
dimini ⁊ videte filie ſyon regē ſalomo. in di
ademate q̄ coronauit eum mr̄ ſua. Et vt di/
cunt doctores hebreoꝝ: vbicunqꝫ ponitur
nomē ſalomonis in libro Canti.intelligen/
dus eſt ipſe deus. Item Eſa.vij. Ecce vir/
go cōcipiet ⁊ pariet filiū ⁊ vocabitť nomen
ei⁹ emanuel. Item Hiere.xxxi. Femina cir
cūdabit virū.⁊ ꝑmittit di. Nouū faciet do/
minus ſuꝑ terram ⁊c̄. Itē Ezech.xliiij. Poꝛ
ta hec clauſa erit et vir nō ꝑtrāſi. ꝑ eam q̄m̄
dn̄s ⁊c̄. Item Daniel ⁊ om̄es aliȷ̄ ꝓphete de
hoc vaticināt quoꝝ dicta ꝑtrāſeo.
Cap. VIII.

Octauo tpe iudaice
oberrationis et diſꝑſionis. Nā iu/
dei tpe quo herodes alienigena re/
gnabat cognouerūt deo opante tēpus foꝛe
impletū vt chriſtus veniret:ꝑ illđ Gen̄.xlix.
Non auferetť ſceptrū de iuda ⁊c̄. Vn̄ ⁊ mi/
ſerunt ad Johannē in deſerto vt interroga
rent eū ſi ipſe eſt xp̄s. Et ille reuelauit ⁊ con
feſſionē de xp̄o fec. Joh.iiij. Medius inq̄t
veſtꝝ ſtetit quē vos neſcitis ⁊c̄. Itē om̄es
iudei diſꝑſi ⁊ errātes a veritate:ſi aduertunt
reuelatū hn̄t xp̄m veniſſe in carnem ex vir/
gine ꝑ illud Eſa.vlti. Anteqꝫ parturiret pe
perit ⁊ anteqꝫ veniret ꝑtus eius peperit ma
ſculum.vbi glo.noſtra dicit ſic. Anteqꝫ na/
tus fuiſſet ille q̄ in ſeruitutē redegit vltimaȝ
natus fuit ſaluatoꝛ.i.ante Titi ⁊ Veſpaſia
ni ſubiugationem ⁊ captiuitatē.vt patȝ ex/
ꝑſſius ꝑ tranſlationē caldaicam q̄ dicit:ad/
huc nō erat ei veniens anguſtia ⁊ adhuc n̄
venerat ei doloꝛ ꝓpter partum ⁊ reuelabitur
meſſias ⁊c̄. Capitulum. IX.

Nono tpe ꝑhice cognitionis Ab eo
naqꝫ tempoꝛe q̄ ꝑhi naturas reꝝ in
ueſtigare ceperūt ſꝑ reꝑtū eſt in cre
aturis aliqđ tale q̄ mens noſtra q̄ſi ꝑ exem/
pla impreſſa naturalibꝫ rebꝫ manuduci pōt
ad fidē virginee ꝯceptōnis beate Marie ⁊
ei⁹ diuini partus. vt patet ꝑ illuſtrē Franci
ſcū de Reťa.li.quē edidit de ꝯceptōe ꝟgia
li ꝑ plura naturalia exempla que habentur
li.viij.ꝑte.j.arti.iij.ca.x. Ne tamē oīno hic
ſilētio ꝑtrāſeamus aliqua deſcribunť. Naȝ
ꝑmo videmus in celeſtibꝫ ꝙ radius ſolis q̄
de ſe eſt impaſſibilis ⁊ īmoꝛtalis ac q̄dāmō
capi nō poteſt:⁊ tamē rebus coꝛꝑalibus ac
moꝛtalibꝫ ſe incoꝛpoꝛat. vt patet in vitro ſi/
ne omni fractione ꝑtrāſiens. Item vt dicit
Albertus magnus in ſūma naturaliū. Ful
mē q̄ddam erūpens penetrat burſam:illeſā
relinquens:auꝝ vel es intus ꝯſumēs. ergo
multo magis deus īmoꝛtalis īgredi ⁊ egre
di potuit virgineū vterū ſine coꝛruptione:
et ſe vnire carni ⁊c̄. Secundo in aīali/
bus videmus multa cōcipi ⁊ naſci anima/
lia ſine mare vľ coitu. vt patȝ de anguilla q̄

marē nō habet ſed ꝑ aurem ꝯcipit et fetum generat. vt dicit Areſto. v. li. de aialibꝫ. Itē de apibꝫ que ſine patribꝫ e matribꝫ creſcunt Itē de quadā aue Carbas vocata cōiter q̄ dr̄ de arbore naſci. vt teſtat̄ Alb. xxiij. ð aia libꝫ. Itē ð vulture q̄ matre caret. vt dic̄ Ambro. in examerō. Itē de fenice q̄ vnica tm̄ ē. et multis alijs. Tercio in terrenaſcentibꝫ vbi flos generat̄ ex puris humoribꝫ. Quibus oībus q̄d aliō deus exemplificare voluit cū ſic res ipſas cōdidit: niſi futurū virgineū partū, qm̄ vt dicit apl's Ro. j. Inuiſibilia dei. ſ. miſteria ꝑ ea que facta ſunt intellecta conſpiciunt̄. Capitulū. X.

Decimo reuelatū eſt tpe gētilice cōuerſatōnis. qr ſm Tho. q. qua ſup multis gētiliū facta fuit reuelatio ð xp̄o. vt patet ꝑ ea q̄ predixerūt et ꝑnouerūt multe ſibille gētiles. ſicut dicit Aug⁹. ⁊ notat idē Tho. ex q̄bꝫ aliq̄ hic inſerunt̄. Nā ꝑmo ſibilla pſica dicit. Ecce beſtia cōculcaberis ⁊ gignet̄ dn̄s in orbē terraꝝ et gremium virgīs erit ſalus gentiū. Secūdo ſibilla delphica q̄ ante troiana bella ꝓphetauit: cui⁹ meminit Criſp⁹ di. Naſcet̄ ꝓpheta abſq̧ maris coitu ex virgine. Tercio ſibilla eritbrea in Babilonia orta: de q̄ memīt Iſido. Ethi. viij. di. In vltima etate hūiliabit̄ deus: generabit̄ ꝓles diuina: vniet̄ hūanitati diuinitas: iacebit in feno agnus: ⁊ puellari officio educabit̄ deus ⁊ homo. Hec illa. Quarto ſibilla belleſpōtina in agro troiano nata. de qua ſctūs Eraclitus dic̄. De excelſo celoꝝ habitaculo, pſpexit deus hūiles ſuos ⁊ naſcet̄ in diebꝫ nouiſſimis de virgine hebrea. Pl'es alias ſibillas amore breuitatis ptraſeo. Hoc tn̄ addēdū puto q̧ ſicut refert ſanctus Tho. vbi ſ. Inuenit̄ i hiſtorijs romanorū q̧ tpe Cōſtātini Auguſti et Helene matris eius inuētum fuit q̄ddā ſepulcrū in quo iacebat hō aureā laminam habēs in pectore in qua ſcp̄tū erat ſic. Chriſtus naſcet̄ de virgine et credo in eū. O ſol ſub helene ⁊ Cōſtantini tpibꝫ iterꝫ me videbis. Hec Tho. addēs ibidē: q̧ ſi q̄ gentiles ſaluati fuerūt q̄bus reuelatio non fuit facta nō fuerūt ſaluati abſq̧ fide mediatoris xp̄i. quia ⁊ ſi nō habuerūt fidem explicitā: tamē habuerūt fidē implicitā in diuina ꝓuidentia: credētes deum eſſe liberatorē hoīm ſm modos ſibi placitos ⁊ ſm q̧ veritatem cognoſcētibus ipſe reuelaſſet. Hec Thomas Ecce ergo patet q̧ gentilibus reuelatus eſt ortus Marie. Capitulum. XI.

Undecimo reuelatus eſt ortus marie tpe ꝓxime generatōis cū vicꝫ in ꝓximo eēt tēpus originis ⁊ generationis beate ꝟgīs. qr vt ferūt hiſtorie multipliciter etiā tūc mūdi hoībꝫ innotuit de virginis ortu ⁊ xp̄i incarnatōe. Pᵒꝰ q̄dē dicit̄ in hiſtoria ſcolaſtica q̧ circa illud tēp⁹. ſ. poſt mortē Julij ceſar' q̄ regnauit añ. Octauianū ſub q̄ vicꝫ Octauiano qui dicebatur Auguſtus nat⁹ eſt xp̄s: tres ſoles in oriente apparuerūt mūdo: q̄ ſoles paulatī i vnū corpus ſolare redacti ſunt: ad ſignificandū q̧ ille naſceret̄ in ꝓximo. ſ. xp̄s: in q̄ tria. ſ. caro aīa ⁊ deitas cōuenirēt in vnā pſonā in virginis vtero. Et hoc Euſebius in cronica aſſerit. ⁊ Jacobꝫ in ſua legēda. licet q̄daꝫ putauerint iſtā apparitionē factam fuiſſe in die natiuitatis chriſti. ſed ꝑmū videt̄ veri⁹. Secūdo Thimothe⁹ hiſtoriographus refert ſe in antiq̄s romanoꝝ hiſtorijs inueniſſe q̧ Octauian⁹. xxxv. regni ſui anno: circa quod tēpus videt̄ natā fuiſſe btām ꝟginē Mariā: capitoliū aſcēdit ⁊ q̄s poſt ſe regnaret a dijs req̄ſiuit. Et audiuit vocem dicentē ſibi: puer ethere⁹ ex deo viuenti ſine tēpore genitus nō multuꝫ poſt ex intemerata virgine ſine macula naſcitur⁹. Hoc audito ibi arā edificauit ⁊ tituluꝫ hūc poſuit Hec ē ara filij dei viuētis. Tercio inſup reuelauit eius ortum ⁊ natiuitatē angelus gabriel patri. ſ. Joachim et Anne matri ꝟgis. vt eē ſcribit Hiero. ⁊ ꝯcorditer hiſtorie ſonāt Joachim ⁊ anna in oīm ſanctitate ⁊ timore dn̄i ſine repħēſione in mādatis dei incedētes ꝑ annos. xx. plem ex ꝯiuglo nō habētes vouerūt dn̄o q̧ ſi eis ſobolem cōcederet ſeruitio dn̄i mācipar et. cuius rei gr̄a cū ſingulis annis i feſtis ꝑcipuis hieruſalē frequentarent In q̄dam feſto cū vna cū ꝯtribulibus ſuis ad altare oblatiōē ſuam offerret: ſacerdos eū repulit cū īdignatōe: ⁊ cur accedere auderet ad altare dei increpauit: aſſerēs nō eſſe cōueniēs maledicto legis obnoxiū: oblationē dn̄o legis offerre: nec inter fecūdos īfecūdū aſtare. Joachim g̃ cōfuſus domuꝫ noluit redire ne a cōtribulibꝫ q̄ hec audierant obprobriū ſuſtineret. ſecedēs g̃ ad paſtores ſuos cum ibi aliq̄diu fuiſſet quadaꝫ

die ei ſoli angelus cum magna claritate ap
paruit ⁊ dixit. Noli timere: ego ſum angelꝰ
dñi miſſus ad te: vt nũciẽ preces tuas exau
ditas eſſe ⁊ elemoſinas in ꝯſpectu dñi aſcẽ-
diſſe. Vidi eñi pudorẽ tuũ ⁊ audiui ſterili-
tatis obprobriũ nõ recte tibi obiectũ: pecca
ti q̇dem nõ nature vltor eſt deꝰ. ⁊ ideo cum
alicuiꝰ vterꝫ claudit ad hoc facit vt mirabi
lius denuo apiens diuini mũer̃ cognoſcat̃
quod naſcit̃. Nonne ſara diu ſterilis fuit et
poſtea Iſaac cui bñdictio repromiſſa eſt ge
nerauit. Rachel etiam diu ſterilis poſtea io
ſeph genuit q̇ totius egipti dñium habuit.
Quis fortior ſamſone vel ſanctior ſamuele
et tñ ambo matres ſteriles habuere. Crede
ergo dilatos diu ꝯceptꝰ mirabiliores eẽ ſo-
lere. Proinde Anna vxor tua pariet tibi fi-
liam et vocabis nomẽ eius Mariã. hec vt
vouiſtis erit ab infantia dño cõſecrata. ⁊ ex
vtero matris ſpũſctõ repleta. ſꝑ in tẽplo do
mini morabit̃: ne q̇d ſiniſtrũ de ea ſuſpicet̃.
Et ſicut ipſa ex ſterili matre naſcet̃: ita mira
biliter ex ea altiſſimi filius generabit̃ cuius
nomẽ erit Jeſus ⁊ ꝑ eũ oĩbꝫ gẽtibꝫ erit ſalus
Et hoc tibi ſignũ: cũ ꝑueneris ad aureã hie
roſolimis portã: Annã vxorem tuã obuiaꝫ
habebis q̄ de tua tardatõe mõ ſollicita: tũc
in conſpectu tuo gaudebit. His dict̃ an-
gelus diſceſſit. Anna q̄ꝫ cum amare fleret ⁊
q̄ vir ſuus iuiſſet ignoraret. ideꝫ angelus ei-
dem apparuit ⁊ eadẽ q̄ viro ſuo nũciauit. et
vt redeũti obuiaret in porta aurea manda-
uit. Quibꝫ ſic pactis iam ſecuri ⁊ leti de ꝓle
ꝓmiſſa: adorato dño in galileã ad domũ ſu
am redierũt diuinũ ꝓmiſſum hilariter expe
ctãtes. Anna igit̃ ꝯcepit ⁊ peꝑit filiã btãꝫ. ſ.
virginẽ Mariã: de cuius vita ſuo loco tra
ctabit̃. patet g̊ reuelatio eiꝰ ortꝰ. Ca. XII

Duodecimo reuelatus eſt mũdo or
tus btẽ virginis tꝑe implete ⁊ iã fa
cte incarnatõnis diuine ꝑ inũerabi
lia miracl'a facta ⁊ fiẽda vſqꝫ in finẽ mundi.
qꝛ vt dicit Grego. Oĩa creata autorem ſuũ
in carnẽ veniſſe teſtata ſunt. Inſuꝑ ꝑ aplo-
rum ꝑ̄dicatõem toti mũdo ĩnotuit fides de
xp̄o ⁊ eius matre virgine. Multis q̄ꝫ ſignis
et miraculis extat cõfirmata: ⁊ vſqꝫ ad fineꝫ
cõfirmabit̃. De q̇bꝫ loq̇ ñ ſufficimꝰ ꝑ ſingu-
la: nec libri cape poſſunt vt ſcribant̃. hoc ſo
lum hic ꝓ finali pũcto dico qđ iam clara fi
de intuemur: autoritate ſcripture rationeqꝫ
agnoſcimus: ⁊ inũerabilibꝫ miraculis expi
mur q̄tidie ⁊ expertum eſſe oculis ꝑ totum or
bem cernimus: qm̄ ſicut a deo erat eternal'r ꝓ
ordinatũ ⁊ diffinitũ ⁊ iam ope cõpletum. qꝛ
vicꝫ hec ſacratiſſima ꝟgo: hec gl'ioſiſſima
puella: hec digniſſima regia ſcꝫ Maria ori
ri debuit in mundo ⁊ ꝑ eam filiꝰ dei carneꝫ
aſſumẽdo ⁊c. mũdũ debuit reꝑare ⁊ redime
re. Ita debuit eſſe qꝫ ipſa ꝟgo benedicta ſit
dña mũdi: regina celi: mediatrix dei ⁊ hoĩm
mater ⁊ genitrix dulciſſimi Jeſu filij dei vi-
ui. Ipſa mater gratie: ipſa mater miſcdie: ip
ſa oĩbus mater ſalutis eterne. O magne
deus q̄ꝫ mirabilis ſapiẽtia tua: q̄ꝫ imꝑſcru-
tabile cõſilium tuum: vt ſic ꝑ feminã ſtatu-
eris ſuccurrere mũdo ꝑ feminã ꝑdito. O fi
lij adam. O filij eue. O ꝑditi peccatores: eri
gite veſtras mẽtes ⁊ recognoſcite veſtrã ſa-
lutem poſitã eſſe in manu Marie. ⁊ ſtude-
te ei tota deuotõe deſeruire. O fidelis aĩa
agnoſce quia ꝑ Mariã tibi vita: ꝑ eam tibi
miſcdia: per eam gratia pax ⁊ gloria. Quid
igit̃ o anima mea: quid o cor deuotũ in tãte
virginis laude dicere dignuꝫ potes. Quid
dignũ retribuere vales: qua ſuauitate: quo
honore eam omni veneratõe dignã reuere
ri ſufficies. O digniſſima femina ſuꝑ cun-
ctas benedicta. O amabilis Jeſu mr̃ pia: ꝓ
tm̃ depcor. hoc oro. vt tu ꝓ nobis pctõribꝫ
electa in dei matrẽ pctõres nos nõ deſpice.
ſed miſericorditer filiũ tuũ bñdictũ ſine fine
in celeſti gl'ia fruendũ exhibe. ⁊ tue gl'ie ꝑti-
cipes nos effice Amẽ.

Pars ſecũda ſpecialiter de natiuitate be
ate Marie virginis.

Noua lux oriri
viſa eſt gaudiũ et tripudiũ apꝰ
omnes ꝑpl'os Heſter. viij. ca. ⁊
ad laudẽ ac gl'iam natiuitat̃ be
nedicte virginis. Hec q̇ppe eſt illa dies cele
berrima qua noua lux oriri viſa eſt cũ ma-
ria nata eſt mũdo: cuiꝰ vita inclita cunctas
illuſt. ec. vt canit eccl'ia. Cuiꝰ fructꝰ gl'ioſus
. i. dulciſſimꝰ Jeſus lux eſt mundi q̇ illũinat
oẽm hoĩem veniẽtẽ in hunc mundũ. ⁊ ido
ꝓ hac natiuitate virgĩs gaudiũ eſt et tripu-
dium apud oẽs ꝑpl'os. In quibus q̇dẽ ver
bis ꝑ̄aſſumptis tria ꝑ̄cipua notant̃ ꝓpter q̄
debet quilibet fidelis moueri ⁊ ĩduci ad co-
lendum ſumma reuerentia cum pleno cor-

dis gaudio hãc feſtiuitatẽ natiuitatꝭ marie.
Primo ꝓpter nouitatẽ qꝛ noua.
Secũdo ꝓpter ſctitatẽ q̃a lux.
Tertio ꝓpt̃ vtilitatẽ qꝛ apꝺ oẽs ꝓplos.
Prĩo q̇dẽ ꝓpter nouitatẽ. Noua q̇ꝑpe ⁊ to-
tis retroactꝭ tp̃ibꝫ ſeculi ĩaudita ⁊ ĩſolita fu-
it talis virginis natiuitas, q̃m vt canit eccle
ſia Ipſa nec p̃mã ſimilẽ viſa eſt nec habere
ſequẽtem. Et vt ſ̃m Origenẽ ſ̃mone de na-
tiuitate loq̃r. Quis vnq̃ꝫ vidit talia, q̇s au-
diuit talia vt vna puella virgo ſit ⁊ mr̃: ipſa
ancilla ⁊ genitrix: ⁊ nõ ſolum hoĩs ſed ⁊ dei
vt portet̃ manibus femineis a q̃ portat̃ to-
tus orbis. hec virgo hodie nata eſt: ⁊ iõ no
ua lux oriri viſa eſt. Secũdo ꝓpter ſctita
tem, quia lux. Lux em̃ cũ ſit rerũ puriſſima:
imo res diuina q̃m deus lux eſt et tenebre ĩ
eo nõ ſunt vlle, j. Ioh. j. bñ figurat virgĩs ⁊
eius natiuitatis ſanctitatẽ. Vere nãq̃ꝫ ipſa
virgo glĩoſiſſima ſup oẽs in ſui natiuitate ẽ
ſctĩſſima, quia vt mellifluꝰ Berñ. ait. Copi-
oſior inq̇t ſctĩficatõis bñdictio in ipſam de
ſcẽdit q̃ nõ tm̃ ipſiꝰ ſanctificaret ortum, ſed
etiã vitã deinceps ab oĩ pctõ cuſtodiret im
munẽ: qꝺ nemini alteri in natꝭ mulierꝝ credi
tur eẽ donatũ. Hec ille. Si igit̃ alioꝝ ſctõꝝ
feſta cũ gaudio colimus: q̃nto magis feſtuꝫ
marie. Tercio deuotiꝰ colere debemꝰ ꝓ-
pter vtilitatem q̃ ꝑ eam ꝓuenit omni popu-
lo totius mũdi. Ad qꝺ inuitans eccleſia ca
nit. Cum iocũditate natiuitatẽ beate Ma
rie celebremꝰ vt ipſa ꝓ nobis intercedat ad
dñm ieſum chriſtum. Proinde btũs Anſel
mus li. orationũ ait. O feliciſſima Maria:
q̇d dicemus: q̃li organo vocis te laudemꝰ.
q̃ntum tibi debemus, q̇cq̇d ꝓtulerimꝰ mi-
nimũ eſt ⁊ q̃ſi nihil ad ea q̃ tibi ex eq̃ debe-
mus. Tu em̃ genus humanuꝫ ꝑ tuũ virgi-
neũ partũ in p̃ſtinũ deduxiſti eterne glĩe ſta
tum. Tu leges inferni ꝑ mortẽ filĳ tui deuі
cto p̃ncipe mortis euertiſti. ꝑ te ad glĩam q̇
cunq̃ꝫ ꝑuẽturi ſumꝰ ꝑuenіemꝰ. ꝑ te eſt ſi q̇d
boni ſumꝰ: ſi q̇d poſſumꝰ: ⁊ q̇cq̇d habemꝰ.
Hec Anſel. Dignũ igit̃ ⁊ iuſtũ eſt vt in hu-
ius noue lucis: in huiꝰ ſanctiſſime virgĩs ꝑ
quã mũdo tot ⁊ tãta donata ſunt bona or-
tu ⁊ natiuitate gaudiũ ſit ⁊ tripudiuꝫ apud
oẽs ꝓplos: vt ꝓpoſitum dicit thema. De hac
itaq̃ꝫ ſctĩſſima natiuitate tractantes tria mi
ſteria declarabimus ꝑ iſta parte.
Primũ dꝛ miſteriũ ꝓphice cõmẽdatiõis.
Scꝺm dꝛ miſteriũ dignifice glĩationis.
Tertiũ dꝛ miſteriũ g̃tifice iocũdationis.
Articulus primus ꝙ ortus beate ma-
rie cõmẽdat̃ ꝑ ꝓphetas multipliciter ⁊ preci
pue ꝑ Salomonẽ in Canticis ⁊c̃.

p
PRimum miſte
rium dꝛ ꝓphetice cõmẽdationis.
Ubi ſciẽdum ꝙ ſp̃ũſſctũs ꝑ ora
oĩm ꝓphetarũ multipharie ỽginẽ bñdictã p̃
dicẽdo cõmẽdauit. Aliq̃n q̇dẽ in figuris vt
patet in p̃figuratõe p̃me lucis Geñ. j. et ĩ ar
ca Noe Geñ. v. In yride, in arca federꝭ. in
throno ſalomonis, ⁊ multis alĳs figuris.
Aliq̃n ỽo in viſionbus: vt in rubo ardenti
quẽ vidit moyſes Exo. iĳ. Et in porta clau
ſa quã vidit Ezechiel. ca. xliiĳ. Aliq̃ndo au
tẽ cõmẽdauit eã in reꝝ ſil'itudibꝫ ⁊ ꝓprietati-
bus. vt in ỽga Eſa. xj. Egrediet̃ virga ꝺ ra-
dice ieſſe ⁊c̃. Inter oĩa aũt de eiꝰ ortu vl' ꝓ
greſſu loquit̃ ꝑ Salo. Cant. vj. pulcerrime
eiꝰ ortũ cõmẽdãdo ⁊ q̃tuor rebꝫ cõparando
di. Que eſt iſta q̃ ꝓgredit̃ q̃ſi aurora conſur
gens pulcra vt luna: electa vt ſol: terribil' vt
caſtroꝝ acies ordinata. De q̇bꝫ hic tractare
intẽdo. Prĩo ergo ỽgo btã cõꝑat̃ aurore
ĩ ſua natiuitate, ⁊ hoc pluribꝫ rõnibꝫ. Pri-
mo rõne mediatõis, qꝛ ſicut aurora mediat
inter diẽ ⁊ noctẽ: ⁊ ortũ ſolis añcedit. ſic btã
ỽgo añceſſit ſuo ortu ortum ſolis iuſticie. ſ.
xp̃i: exiſtens mediatrix. Berñ. Opus inq̇t
erat mediatore ⁊ mediatrice, nec altera tam
idonea ſicut maria mr̃ dei. ſ. inter deũ ⁊ ho-
minẽ mediãs ꝓ recõciliatõe tanq̃ꝫ aduoca-
ta. Scꝺo rõne ỽtutis ⁊ opatõis. Nã au
rora dꝛ q̃ſi aurea hora: a virtute. qꝛ infirmi
tates leuiat: dulciorẽ ſomnũ p̃ſtando. Sic
btã virgo maria noſtroꝝ pctõꝝ ĩfirmitates
alleuiauit pariẽdo dulcẽ medicinã. ſ. dei fili
um. ipſe em̃ xp̃s vere lãguores noſtros por
tauit. Eſaie. liĳ. Berñ. Felix inq̇t Maria q̃
viris ⁊ mulieribꝫ ſalutꝭ antidotũ ꝓpinauit.
Itẽ aurora aues nocturnas effugat vt ve
ſꝑtiliones ⁊ noctuas. Sic maria demonuꝫ
ptãtes, ideo Geñ. iĳ. Ipſa cõteret caput tuũ
Uñ Fulbertus carnotẽſis dicit. Btã ma-
ria caput demonis q̃ſi pedibꝫ vtriſq̃ꝫ cõtri-
uit: in hoc ꝙ ỽginitatẽ ⁊ hũilitateꝫ ſeruauit.
Uirginitate em̃ extinxit ꝯcupiſcẽtiã carnis
et hũilitate ſupbiã mẽtis. Et in hoc etiaꝫ qꝛ
filiũ genuit q̇ diabolicam ptãtem cõtriuit ⁊

ſupauit. Jtē aurora hoīes ⁊ aues letificat
et ad cantandū ꝓuocat aues.ſ.diurnas. ſic
beate ꝟgīs ortꝰ letificauit angelos et hoīes
fideles. Magnū em̄ gaudiū attulit eiꝰ nati
uitas mūdo:vt canit eccl'ia. Si em̄ xpo na-
to gaudebāt angeli:qꝛ natꝰ fuit ſaluator mū
di.cōſimil'r gaudere debuerūt in ortu Ma
rie q̄ eſt mr̄ gr̄e ⁊ miſcdie. Nā Amb.ſup lu-
cā dicit. Habet ſctōꝝ editio.i.natiuitas leti
ciā plimoꝝ. Vñ ⁊ in Johis baptiſte natiui
tate multi gaudebāt nō ſolū hoīes ſed etiaꝫ
angeli q̄bꝯ reuelatio facta eſt de ipſiꝰ ſctitate
ergo a fortiori ħ putādū eſt ꝺ natiuitate ma
rie. Tercio aurora figurat btē marie ortuꝫ
iocūdū rōne ꝑnūciatōis.qꝛ vt Albertꝰ ma-
gnꝰ ſup miſſus eſt:dicit. Sicut aurore ortu
ꝓpinq̄nte ꝑmittit̃ ſtella lucifer.ſic maria ori-
ente ꝑmittit̃ angelus ꝑnūciādo eius ortum

Secūdo cōmēdat ſapiēs virginē bñdi-
ctam ⁊ eiꝰ natiuitatē cōparādo lune cū dic̄.
pulcra vt luna. Et hoc ꝑcipue triplici rōne

Primo rōne cōditōis. Nā luna talis eſt
cōditōis ⁊ ꝓprietatis ꝙ creſcit vſqꝫ ad.xiiij.
dic̄ q̄uſqꝫ in ipſa appareat imago homīs q̄ſi
fabri ītegra:⁊ vltra creſcere ñ pōt ſed poſtea
decreſcit.eodē mō btā ꝟgo a natiuitate ſua
creuit vſqꝫ ad.xiiij.annū.qꝛ in hac etate cre
dit̃ xp̄m ꝯcepiſſe.tūc g̊ apparuit in eiꝰ vtero
integra imago hoīs fabri.i.ipſe xp̄s imago
dei patris q̄ fuit integer ꝑ gr̄e ⁊ ſapīe plenā
ꝑfectionē. Et fuit inquā faber:qꝛ fabricator
mūdi ſm diuinitatē. Hinc Hiere.xxxj. No
uum faciet dñs ſup terrā:femia circūdabit
viꝝ. Poſtq̄ꝫ aūt btā virgo intātū creuit:ſta-
tim in ſua reputatōne ꝑ hūilitatē decreſcere
cepit.qꝛ nō matrē dei:nō dñaꝫ mūdi:nō re-
ginā celi ſed ancillā dei ſe appellauit. Luc.j.
Ecce ancilla ⁊c̄.ecce g̊ q̄a pulcra vt luna.

Secūdo rōne obſeruatōis.quia motus lu
ne valde obſeruādus eſt in medicinis acci-
piendis.vt dicit Hypocras in epicinijs.vt
patꝫ ī minutōe. Vñ ꝟſus. Luna creſcēte mi
nue iuuenis crapulēte. Luna decreſcēte mi
nue iuuenis macilēte. Luna vetꝰ veteres:iu
uenes noua luna req̇rit. Sic btā ꝟgo ſolli-
cita deuotōe obſeruari debet ꝓ aīe medica-
tione.qꝛ ipſa eſt mr̄ miſcdie:ꝑ quā gratiaꝫ ⁊
veniā accipe poſſunt pctōres. vñ Bern̄.de
laude virginis dicit. Queramus gr̄am per
mariā q̄ ſic q̄rit iuenit ⁊ pulſanti apit̃. Nil
em̄ in nobis deꝰ gr̄e habere voluit qꝺ nō ꝑ

manus marie trāſierit. Ipſa em̄ oībꝯ oīa fa
cta ē:oībꝯ ſinū miſcdie apit:vt de plenitudīe
eius accipiāt vniuerſi. Tertio rōne exhi
bitōis vel apparitōis.luna em̄ ſicut etiā ipe
ſol taliter nobis apparet vicꝫ ꝙ circa orien-
tē ⁊ occidentē maxia videt̃ ⁊ apparet multo
maior q̄ꝫ cū eſt alibi ī oriſonte.vt dicit Are-
ſto.iij.metheroꝝ. Sic btā ꝟgo in oriēte.i.in
nr̄a natiuitate:⁊ occidēte.i.in noſtra morte
maximū auxiliuꝫ oſtendit. Vñ canit eccl'ia.
Maria mr̄ gr̄e ⁊c̄. tu nos ab hoſte ꝓ.ī ho.
mor.ſu. Jtē de ortu Jgnaciꝰ ī epl'a ad Laſ
ſiū dic̄.ꝙ nullus puer ſine baptiſmi gr̄a mo
rit̃.nec malū finē vite ſue ſortit̃: in cuiꝰ par-
tu marie laus ⁊ deuota vt debet inuocatio
inuenit̃. Jtē Droſiꝰ in epl'a ad Helindiū d.
Corā deo noui ⁊ in veritate cōperi ꝙ nūq̄ꝫ
mulier in ꝑtu piclitat̃:nec eius ꝓles ſine ba
ptiſmi gratia morit̃ ſup quā marie gr̄a duo
te inuocat̃. Hec ille. Sed hec dicta ſaniꝰ in
telligēda ſunt de muliere in ꝑtu vicꝫ ꝙ etiaꝫ
ſi talis piclitat̃ corꝑaliter moriēdo:nō tñ pi
clitat̃ ſm aīam. qꝛ īuocare deuote vt debet
btām dei matrē eſt miſcdie ⁊ ſalutꝭ eterne ſi
gnum. Jtē de ꝓle patet. qꝛ moderni docto-
res dicūt. Si puer baptiſandus infra ma-
nus baptiſantꝭ decederet vel etiā in via mo
riens qñ ad baptiſmū portat̃ ⁊ diligētia ap
ponit̃ vt puer baptiſet̃.vel vbi parētes ꝑci
bus obtinuiſſent abortiuo vt diuina clemē
tia ſuppleret qꝺ natura negauit.in his caſi-
bus pie credit̃ pueꝝ ſaluari. Si em̄ in ve.te.
puer decedēs añ circūciſionē ꝑ oratōnes ⁊
ſacrificiū ſaluabat̃.q̄re mō nō ſic poſſet fie-
ri añ baptiſmū:vbi diligētia adhibet̃ ad ba
ptiſandū puerū. Tercio btā ꝟgo cōmen
dat̃ cōꝑando ſoli.ideo dꝛ:electa vt ſol. Et ħ

Primo rōne influxꝰ.qꝛ ſol oīa ſidera exce
dens in claritate:influit ſuꝑioribꝯ lucē: infe
rioribuſqꝫ vitā. Vñ Plato in Thimeo dic̄
Splēdore ſolis ⁊ celū ⁊ oīa īfra celum illu-
ſtrant̃. Jtē Areſt.li.de elemētis. Sol ꝓpriuꝫ
lumē hꝫ:oēs aūt ſtelle acq̄ſitū lumē habēt a
ſole. Et.ij.de generatōe. Motꝰ ſolis ī obliq̄
circl'o eſt inq̇t cā generatōis ⁊ viuificatiōis
ac corruptōis in iſtꝭ inferioribꝯ ⁊c̄. Sic btā
ꝟgo Maria īfluit ſuꝑioribꝯ.i.angel' et ſctis
lucē gl'ie.⁊ īferioribꝯ.i.hoībꝯ viatoribꝯ vitaꝫ
gr̄e. Vñ Anſel. Cur inq̇t o dñā mea ſolum
loq̄r bñficijs tuis plenū eſſe mūdū cū ⁊ īfer
nū penetrāt et celos ſuꝑant.ꝑ plenitudineꝫ

em̄ grē tue q̇ in inferno erant letant̄ ſe eſſe liberatos.ſ.ſcti patres Et q̇ in mūdo ſūt exultāt ſe ſaluatos. ꝛ q̇ ſupra mūdū ſunt.i.angeli gaudēt ſe reſtauratos ꝛc̄. Hinc et eccleſia canit. Tu regis alti ianua ꝛ porta luc̄ fulgida: vita data per ꝟginē gētes redēpte plaudite. Secūdo rōne mot⁹. qꝛ ſcribit̄.ij. Eſdre.iiij. Magna eſt terra: excelſuꝫ eſt celum et velox mot⁹ ſolis. Si em̄ vt dicit Alfraganus a terra vſqꝫ ad celū ſtellatū ſunt ſexagies q̄nquies milies milia miliarioꝝ ꝛ quinq̄gīta miliaria. Et ꝯſtat qꝛ ſexies eſt tātū ī circūferentia circūendo a pūcto vſqꝫ ad idem punctū q̄ꝫ ſit alicui⁹ circuli circūferētia vſqꝫ ad centrū deſcēdēdo ꝑ diametrum. Cogita q̄nt⁹ ſit mot⁹ ſolis q̇ in vigītiq̄tuor horis totā circūferētiaꝫ ſpere circuit. Certe nulla ſic currit auicula: nulla ſagitta: nullus lapis ꝓiect⁹ a bōbarda. Itē ſol etiā eſt velociſſim⁹ ī motu ꝛ diffuſione ſuoꝝ radioꝝ. vt claret. qꝛ q̄ſi in pūcto ab oriēte diffundit̄ radi⁹ ei⁹ vſqꝫ ad occidētē. Sic maria velociſſima ꝛ celerrima eſt ſuꝑ oēs ſctōs in miſerādo ad eā cōfugientibꝫ. Vn̄ Bern̄. in ſermone q̇ incipit In lectōe: dicit ſic. O maxie pia. O multū admirabilis Maria tu nec noiari poteſ q̄n ſtatim attēdas: nec cogitari q̄n ſtatim recrees affect⁹ diligētiū te. Et certe qꝛ mater ē ipſa miſcdie nō poterit q̄n ſtatiꝫ miſereat̄ ſe continere. vt dicit Origenes in ſermone.

Tercio cōmēdat̄ in figura ſolis btā ꝟgo ratione ort⁹ ꝛ effect⁹. q̇a ſol q̄n orit̄ efficit mūdum ꝑ ſuū ſplēdorē ornatū: reddit pulcruꝫ: calefacit ꝛ illumiat. Sic maria ꝑ ſuū ortuꝫ fructiferū totū mundū ornauit ꝛ pulcrificauit ſūme gratie pulcritudine q̄ deus ex ipſa mūdo nat⁹ eſt: factus hō. Ideo Eccī.xxvj. Sicut ſol oriens mundo ſic mulieris bone ſpēs in ornamētū dom⁹ ei⁹: i. eccl'ie ſctē: militantis ꝛ triūphātis. Nā antea mūdus erat tot⁹ deformis quia pctō maculat⁹ ꝛ exul factus a deo: nec habebat vn̄ gl'iaret̄: nūc aūt habet gl'iam dignitatis maxie et ꝓpinq̇tatis ad deū. qꝛ de⁹ eſt hō ꝛ hō deus. ꝛ hoc ꝑ ꝟginē. Itē ipſa btā virgo tanqꝫ ſol mundū calefacit feruorē charitatis inflāmādo in cordibꝫ humanis. Nil em̄ nos adeo inflāmat charitatis ardore q̄ꝫ recognitio hui⁹ bn̄ficij ſcꝫ incarnatōis diuie ex virgine ꝛ paſſionis xp̄i. ſicut ait Bern̄. Hinc in ꝑſona Marie Eccī.xxiiij. Ego mr̄ pulcre dilectionis. Nō duplíciter habet ītelligi. Uno mō reſpectu chriſti ſic. Ego mater pulcre dil'.i. ipſius xp̄i filij mei q̇ eſt pulcerrimus ꝛ optim⁹ ꝛ ꝑ cōſequēs amore pulcerrimo. i. ſancta charitate diligēdus. Alio modo reſpectu noſtri: ſic Ego mater pulcre dil'.i. hoīm pulcre diligētium: quibꝫ ipſa habet impetrare grām dilectionis diuine. Notādū etiā ꝙ ſol ſꝫm ꝙ orit̄ diuerſimode mūdo ſꝫm hoc diuerſos effect⁹ p̄ſagit. quia vt ait venerabilis Beda. Aliq̄n ſol oritur nubiloſus vel ſub nube latens ꝛ tūc futurū diē preſagit pluuialē. Aliquādo aūt oritur pallidus ꝛ tūc p̄ſagit dieꝫ ſcꝫ ventis ꝛ turbine tēpeſtuoſuꝫ. Aliq̄n ꝟo orit̄ rubens ꝛ ſplēdēs ꝛ tūc p̄ſagit diem ſerenū. Ita deuota memoria virginis marie in cordibꝫ hoīm aliq̄n orit̄ tanqꝫ nubiloſe ꝓpter pctōꝝ tenebroſitatē. Sunt em̄ plurimi in peccatis iacētes ꝛ tn̄ ad btām virgīeꝫ deuotionē habētes: ieiunātes eius vigilias et dietim eius in honorē certas oratōes facientes. Et talibus ſignū eſt pluuie illachrimationis et cōpunctionis infundende per merita beate virginis ꝛc̄. Aliquādo aūt oritur tanqꝫ pallens vt in cōuerſis ꝛ penitentibus pre timore initiali pallentibꝫ ꝛ beatam virginem inuocātibꝫ. Et talibus ſignuꝫ inſtat ꝙ copioſius eis afflatus gratie ſpiritus ſancti infundet̄ per quā turbādi ſunt ꝺ peccatoꝝ enormitate. et contra ſe tempeſtatem concitant mortificatōis ꝛ ſatiſfactōis penitentialis. Aliquādo aūt oritur rubēs ꝛ ſerenus vt in ꝯſciētia ſerena ꝛ ardenti ꝑ charitatem. ꝛ tunc eſt ſignū ſerenitatis. i. iocūditatis grē amplioris ꝛ ꝑſeuerantie ac glorie cōſequende. Vn̄ Bern̄. dicit De plenitudine marie accipiūt vniuerſi: pctōr veniā: iuſtus graꝫ: ꝛ angelus leticiā: filius dei carnis ſubſtantiā: deniqꝫ tota trinitas gl'iam. Hec ille. et ſic patet. Quarto p̄ncipal'r cōmēdatur ortus Marie ꝑ ſapientē: cōparādo caſtrorū aciei. Terribil' inq̇t vt caſtroꝝ aci. or. vn̄ Bern̄. in ſer. In lectōe: dicit. Tu dn̄a terribilis es demonibus vt caſtrorū acies ordinata. Horrent em̄ principes tenebraruꝫ ad tuā fortitudinem et deuotaꝫ inuocationem Nā in circūitu tuo acies valida īnūerabilium ſpirituū btōꝝ tibi deuotos defendētiū. Hec Bern̄. Sed iuxta hec q̄ſtio occurrit Utrū btā virgo habuerit angelicam cuſtodiā. Et videt̄ ꝙ nō. qꝛ erat ipamet terribilis

de oĩbꝫ ⁊ ꝑfecte illũinata. vñ de ꝑiclitatione
aĩe eius nõ erat timẽdũ nec de pctĩ caſu vel
nocumẽto diaboli. ⁊ ꝑ ꝯñs nõ erat eidẽ an/
gelica cuſtodia neceſſaria ſicͭ nobis q̃bus ti
mendũ eſt de ꝑiculis ĩminẽtibꝫ ꝑ demones
¶ Reſpõdeť ꝙ q̃uis aliq̃ dixerint ꝙ habu
erit mater dei angelicã cuſtodiam ſicut oẽs
aliȷ̃ generalr̃. iuxta illð pſ. Angelis ſuis de
us mãdauit de te ⁊c̃. Sed Fran. maro. dicͭ
melius. ꝙ vicʒ ipſa angelũ ſuꝑ ſe ꝑ̃ſidentem
cuſtodẽ nõ habuit ſed ei ĩmediate deꝰ ipẽ ſic
ꝑ̃ſidebat q̃ ſibi ſoli electã poſſidebat vt non
ꝯſenſiſſet creature ſibi nocere volenti: datꝰ
eſt tñ virgini angelus nobiliſſimꝰ in natiui/
tate ſua de infimo choro q̃cũqꝫ fuerit cũ ce/
teris. ſ. mltis inferioribꝫ in obſequium ⁊ fa/
mulatũ: vt mr̃i dei ⁊ regie celi. non tñ in cu/
ſtodiã cauẽdi ꝑicula: vel illumĩatõis aut ꝓ
motiõis in bonũ. qm̃ ex plenitudine gr̃e vi
gorabať in bonũ. ⁊ hoc fuit ſpeciale in ipſa
ꝑuilegiũ. Et putať ꝙ a xp̃i ꝯceptõe in obſe/
quio plurimoꝝ angeloꝝ marie famulãtiũʒ
ꝑ̃erat Gabriel archangelus q̃ oẽs alios an
gelos in natiuitate xp̃i ad gaudẽdũ ꝓuoca/
uit. vt dꝛ Lu. ij. Nec aliquẽ ſpũm malignũ
ad eã accedere ꝑmiſerť angeli ſm̃ illð Cañ.
iij. En lectulũ ſalomonis. i. xp̃i matrẽ. lx. foꝛ
tes ambiũt ⁊c̃. i. angeloꝝ mltitudo. O ergo
ſuꝑ oĩa laudabilis maria ꝓtege nos.

Articulus ſecũdus de. xij. ꝑuilegijs q̃bꝫ
beata Maria eſt honoꝛata ⁊ glorioſe digni
ficata in ſua ſancta natiuitate. Cap. I.

SEcũdum miſte
riũ declarãdũ dꝛ dignifice gloꝛia
tiõis. Ubi nota ꝙ btĩſſima vir/
go. xij. ſtellis ꝑuilegioꝝ gl̃iať: q̃bꝫ ipſa ꝓ ſua
ſancta natiuitate extitit dignificata ⁊ hono/
rata. Nã ex ꝑte coꝛꝑis habuit q̃tuoꝛ ꝑuile/
gia. ex ꝑte aĩe ſilr̃ q̃tuoꝛ. et ex ꝑte vtriuſqꝫ ſil̃
iteꝝ q̃tuoꝛ. vt ſic impletũ ſit in ipa etiã eiꝰ na
tiuitate illud Apoc. xij. In capite eiꝰ coꝛo/
na duodecim ſtellaꝝ ⁊c̃. Primo nãqꝫ ex ꝑte
ſui ſacri coꝛꝑis habuit. iiij. ſtellas dignitatꝭ.

Prima diciť generoſitas.
Secunda diciť foꝛmoſitas
Tercia dꝛ incõcupiſcibilitas
Quarta diciť puritas.

Prima ſtella dignitatis Marie ex ꝑte coꝛ/
poꝛis dꝛ generoſitas. i. generꝭ nobilitas: q̃a
vicʒ de nobiliſſimo genere duxit oꝛiginem:
ita ꝙ nunq̃ꝫ fuit aut erit in mũdo poſt dñm
Jeſum nobiliꝰ indiuiduũ in genere hũano
Hec aũt ꝯcluſio latiꝰ oñdeť li. xj. ꝑte. ij. ca. j.
Nã Matheꝰ ĩ euãgelio ſuo intẽdit eiꝰ no/
biliſſimã genealogiã deſcribere ꝑ tres teſſe/
redecades. i. xiiij. generatões ex genere pa/
triarchali necnon regia ⁊ ducali ꝑ ſingula
xiiij. numerãdo. Et ponit. xlij. generatões
incipiẽdo ab Abꝛaã cui facta eſt ꝓmiſſio d
xp̃o. Lucas xͦo ab ipſo xp̃o exoꝛdiẽs: ⁊ vſqꝫ
ad Adã q̃ fuit dei in q̃ ſũma eſt nobilitas ꝑ
lxxiiij. generatões genealogiã texuit. Ex q̃/
bus accipiť argumẽtũ ꝙ omĩs nobilitas ⁊
ſpecioſitas coꝛꝑal̃ ſm̃ intẽtiõeʒ euãgeliſtarũ
ponẽda eſt in btã virgĩe. Et ꝙ oĩs ingenui/
tas ꝯceſſa a deo ⁊ tãdẽ p̃riarchis regibꝫ ⁊ du
cibꝫ: imo toti genti iudeoꝝ que erat añ xp̃m
gẽs ꝑ̃ oĩbꝫ nobiliſſima ⁊ a deo ꝑ̃electa. Nec
alia erat natio tã grãdis q̃ haberet deũ ⁊ an
gelos appꝛopinq̃ntes ſibi. Pis q̃ʒ nobilita
tis gr̃a iuxta intentioneʒ euãgeliſtaꝝ nõ niſi
ꝓpter xp̃m ex illa gẽte ſm̃ carnẽ naſcituꝝ cõ/
ceſſa eſt ⁊ data. vt deſcẽderet ꝑ generatiões
ab adã. ſ. in virginẽ ⁊ ꝑ virginẽ in xp̃m q̃ fu
it ꝑmꝰ ⁊ vltimꝰ p̃riarcha rex ⁊ dux ꝑp̃li iſra/
el. vt dicere poſſit xp̃s illð Apoc. xxij. Ego
ſum alpha ⁊ O ꝑmus. ſ. ĩ intẽtõe apud deũ
⁊ nouiſſimꝰ: q̃a poſt xp̃m nullus aliꝰ p̃riar/
cha vel rex eſt vel erit in iſrael. In huiꝰ ſi
gnũ iã exhauſta eſt a iudeis oĩs nobilitas:
adeo ꝙ ipſa gẽs iudaica q̃ priꝰ erat honoꝛa
tiſſima atqꝫ ceteris ꝑ̃nobiliſſima. ſ. añ xp̃m:
nũc eſt viliſſima ⁊ abiectiſſima ſuꝑ oẽs na/
tiones mundi. Sed foꝛte queres. Qua/
re voluit chꝛiſtus matrẽ eligere de pꝛoſapia
nobiliſſima: cum ipſe veniens in mundum
pauperes ⁊ humiles dilexit ⁊ elegit. vt patʒ
in diſcipulis. Unde. j. Coꝛinth. j. Infirma
mundi elegit deꝰ vt cõfundat foꝛtia. Ad
quod reſpondeť ꝙ ſm̃ ſacros doctoꝛes de/
us voluit eligere apl̃os ⁊ diſcipulos paupe
res ⁊ humiles: ne cõuerſio mundi ad fidem
chꝛiſti aſcribereť eoꝛum aſtutie ſi fuiſſent ſa
pientes mũdi: vl̃ potentie ſi fuiſſent magni
dñi aut diuites. ſed magis aſcribať diuine
poteſtati ⁊ miraculo vt dicit apl̃us vbi ſup̃.
Sed matrẽ voluit vt decebat habere nobi
liſſimã pꝛecipue triplici rõne. Primo ra/
tione diuine nobilitatis. vt ſicut ſm̃ diuini
tatem a patre nobiliſſimo deo vicʒ eterna/
liter eſt genitus: ita ſm̃ carnẽ a matre nobi/

liſſima generaret. Vñ Aug⁹. Qualis in ce-
lo pr̃ ẜm diuinitatẽ: talis in terra mr̃ xp̃i ẜm
hũanitatẽ. Secũdo rõne cõmẽdabilitatꝭ
vt.ſ. in nobili matre cõmẽdabilior foret vir-
tus hũilitatis ⁊ electe pauptatis. ⁊ ſic tanq̃
humilior ⁊ virtuoſior magis digna redde-
ret exaltari ſup oẽs angelos ⁊ hoies. Nam
vt dicit Berñ. Non magnũ eſt hũilẽ eſſe in
abiectõe: ſed rara prorſus et maxia virt⁹ eſt
hũilitas honorata. Hec ille. Qualis fuit hu
militas in maria nobiliſſima. has rõnes po
nit Albert⁹ ſup miſſus eſt. ca. lv. Tertio
hoc voluit rõne ſignificatõis: vt eñ oſtẽde
ret ſe verũ ſacerdotẽ eſſe ẜm ordinẽ melchi-
ſedech q̃ ſeipm oblatur⁹ erat deo patri ꝓ re
cõciliatiõe hũana: voluit de ſtirpe ſacerdo-
tali oriri xp̃s. Itẽ vt ſe oſtẽderet eſſe verũ re
gem ⁊ dñm dñantiũ atq̧ ducẽ celeſtẽ: volu
it de tali ſtirpe matrẽ eligere. Deniq̧ vt oſtẽ
deret q̄ ipſe pctõres venit ſaluare et ſpez ve
nie daret voluit peccatores reges vicz Ma
naſſen achaz ⁊c. Et peccatrices vicz Ruth
Raab ⁊ Berſabee ĩ ſua genealogia enũera
ri ẜm Hieroni. in Omelia. Capitulũ. II.

Secũda ſtella dicit formoſitas. quia
beata virgo fuit nõ tm̃ in aĩa: verũ
etiã in corpe virgo pulcerrima a na
tiuitate ſua. Et hoc m̃ltipliciter ꝓbatũ eſt s̃
li. j. p. ij. ar. iij. ca. j. vbi clare habet quare de
cuit matrẽ dei eſſe pulcerrimã. Hic autẽ
notãdũ eſt q̄ in btã virgĩe erat pulcritudo
duplex. vicz corpalis: ⁊ ſpũalis que cõſiſtit
in morũ honeſtate ⁊ ꝟtutũ claritate. Et hec
prepõderat pulcritudini corpali. De pma
Heſter. ij. habet. Erat inq̃t formoſa valde ⁊
incredibili pulcritudĩe oĩmq̧ oculis gratio
ſa ⁊ amabil' videbat. Et q̃lis fuerit in colore
oculis ⁊ capillis ⁊ ſic de alijs ꝓpter breuita-
tem hic ptranſeo ⁊ ſuo loco pte. iij. hui⁹ libri
tractabit ar. ij. ca. ij. Quãtũ aũt ipſa fuerit
pulcra in virtutib⁹ et morũ honeſtate: teſtat
Hiero. di. Si diligẽter attẽdas: nil eſt virtu
tis: nil grẽ: nil cãdoris qd non reſplẽdeat in
maria. Et Ambro. li. de virginitate dic. Ta
lis fuit Maria vt eius ſoli⁹ vita oĩm ſit di-
ſciplina. virgo erat: nõ ſolũ corpe ſed ⁊ men
te: corde humilis: verbo grauis: aĩo prudẽs
loquẽdi parcior: legẽdi ſtudioſior: intẽta ope
verecũda ſermone. Et vt dicit Seduli⁹ Ri
ſum eius nunq̃ viderũt: nunq̃ eã vane or-
natã: nunq̃ curioſam: nunq̃ leuẽ aut ioco-
ſam ⁊c. Vñ ⁊ legit exẽplũ qd refert in hi
ſtoria. ſ. grecorũ. q̄ btũs Dioniſi⁹ cõuerſus
ad fidẽ p aplm Paulũ: optãs videre mariã
ſepi⁹ petebat licẽtiã eundi hierlm a Paulo
Qua obtẽta veniens hierlm ⁊ ĩtroduct⁹ ad
btãz ꝟginẽ: ea viſa ſtupefact⁹ de mira ei⁹ pul
critudĩe ⁊ grẽ irradiãtꝭ ꝑ fulgore: mox ceci-
dit in terrã q̃ſi mortu⁹ dicẽs. q̄ tãt⁹ radi⁹ di-
uinus ⁊ claritas ab ea irradiauit q̄ ſuſtine-
re nequerit: adorãſq̧ eã dixit. Vere ſi ꝺ tuo
ieſu ñ audiuiſſem ⁊ ſcpturas ñ legiſſem pu
tarẽ q̄ tu ſis de⁹: vel xp̃s dei ĩ lege ꝓmiſſus.

Tercia ſtella dr̃ incõcu Ca. III.
piſcibilitas. qr pulcritudo corpalis
marie h̃ ſinglari ꝓuilegio fuit hono
rata et dignificata q̄ nunq̃ ab aliq̃ potuit
carnal'r ↄcupiſci: licz fuerit pulcritudo ma-
xima ꝑ oĩb⁹ pulcritudĩb⁹ hoĩm q̃ ſũt fuerũt
⁊ erũt citra pulcritudĩez xp̃i. Aliorꝫ q̃dẽ ho-
minũ ⁊ ꝑcipue femĩarꝫ pulcritudo: mouet ĩ
tuentes ad ↄcupiſceutiã carnalẽ. iuxta illud
Ecci. ix. Ex ſpecie mulieris: ↄcupiſcẽtia q̃ſi
ignis exardeſcit. Vñ ⁊ ſctẽ ꝟgĩes vt ſctã ka
therina: margaretha: agnes ⁊c. ↄcupiſcebã
tur a viris ⁊ nuptui petebant. ſed ille in vir
ginitate ſolide manẽtes martyriſate ſunt.
Nõ ſic aũt erat in btã virgine maria: cuius
pulcritudo hoc ſummũ ⁊ ſingulare ꝓuilegi
um habuit q̄ a nemĩe carnal'r ↄcupiſci po-
tuit: q̃n poti⁹ carnalẽ ↄcupiſcẽtiã ĩ alijs extĩ
guebat ad ſolũ intuitum. Et de hoc Bona
uen. in. iij. ſnĩarꝫ. diſt. iij. q. ⁊ ar. vi. dic. Hoc
inquit iudei q̃dã aſſerũt mirũ fuiſſe in virgi
ne Maria q̄ cũ eſſꝫ pulcerrima a nullo vn
q̃ viro fuerit ↄcupita. Et ſi q̃ras. Quare
vel q̃liter id fieri potuit. Rñdet ẜm ſctõs ꝑ
cipue Berñ. q̄ marie pulcritudo nõ fuit cõ
cupiſcibilis carnal'r rõne q̃druplici.

Primo ꝓpter gratie abundationem.
Secũdo ꝓpter occultationem
Tercio ꝓpter cõuerſationem.
Quarto ꝓpter irradiationem.

Primo quidẽ ꝓpter gratie abundationẽ. q̃a
gratia diuina in ea abũdabat adeo q̄ etiaz
in alijs eſſet libidinis ⁊ concupiſcẽtie extin
tinctiua. Grã nãq̧ fortior eſt q̃ natura. Sꝫ
videm⁹ q̄ natura q̃buſdã lapidib⁹ ⁊ herbis
hãc ꝯſtituit ꝟtutẽ q̄ habent libidinem tpare
vt patet de agnocaſto vl' canphora ⁊ ſaphi
ro atq̧ calcedonio ⁊ herba rute ſepe come-
ſta. ergo multo fortius id diuia grã ĩ beata

virgine potuit efficere ⁊ de facto fecit. vnde ipſa btā virgo figurata eſt ꝑ cedrū ⁊ mirrā. Ecc̄i. xxiiij. Quaſi cedrus exal. ſum in libāo q̄ſi mirra electa dedi ſua. odo. Cedrus q̄ppe odore ſuo fugat ſerpentes ⁊ mirra interficit vermes. Sic maria ſerpētes mot⁹ et ꝟmes praue ↄcupiſcētie in aliijs ad ſolū intuitum extinxit. cui ⁊ ↄcordat figura de vite q̄ flore odorifero fugat ſerpētes. Secūdo ꝓpter occultationē. quia ſicut claritas corꝑis xp̄i poſt reſurrectōez diſcipulis celabat̄: ita pulcritudo Marie oīb⁹ carnalib⁹ hoīb⁹ ⁊ q̄ eā cōcupiſcere poſſent occultabat̄: et ſic apparebat vt nō ↄcupiſcibilis videret̄. Tertō ꝓpter ↄuerſationē. quia taꝫ honeſte ⁊ mature ſe regebat in oīb⁹ actib⁹ et morib⁹ vt oīb⁹ appareret q̄ nequaq̄ poſſet ad fedū aliq̄d īclinari. imo q̄ erat tota deo dedicata. ſic̄ cōtingeret ð pulcerrima et ſctiſſima muliere q̄ eſſet quaſi ↄtinue in deū rapta. Quarto ꝓpter irradiationeꝫ que ꝓcedebat ex eius facie. vt dicit Bern̄. ꝓpter quā etiā ipſe ioſeph ſponſus ei⁹ nō audebat reſpicere in faciem virgis. q̄ꝛ illi radij lumīoſi a facie ꝟgis ꝓcedētes erāt adeo ꝟtuoſi vt deterrerent corda carnaliū hoim penetrādo. Vn̄ glo. ſuꝑ illð Math. j. Accepit ioſeph cōiugem ſuam .ſ. mariā ⁊ nō cognoſcebat eā donec peꝑit filium ſuū ꝑmogenitū: dicit ſic. Joſeph mariā facie ad faciē videre n̄ poterat: quā ſpūſſanctus a cōceptōe plenius impleuerat. ⁊ ideo nō agnoſcebat facie ad faciē quā deſponſauerat donec illius vterus euacuaret̄. vn̄ patet q̄ ipſa gloriatur de iſta ſtella incōcupiſcibilitatis.

Capitulū. IIII.

toriū dat̄. O igit̄ glioſum: o cōmēdabile no
men ⁊ ſuꝑ oīa amabile ac venerabile. O
ſuaue ⁊ cōfortatiuū nomē maria: nomē dn̄e
mee ⁊ genitricis dei mei, o vtinam ſis ſemꝑ
in corde meo.

¶ Articulus ſecundus de cognomiatōibꝫ
digniſſimis q̄bꝫ in ſcriptura Maria noīat̄

SEcūdum miſte
rīū declarādū dicit̄ dignifice co-
gnoīatōis. Ubi nota q̄ benedi-
cta virgo in ſacra ſcriptura cognominat̄ di
gniſſimis appellatōibꝫ pluribus ſm̄ plurali
tatē ſue ꝑfectōis ⁊ virtutis. Precipue tamē
vij. inueniunt̄ noīa dignitatis q̄bꝫ ipſa non
īmerito appellat̄. Primo nāq̄z appellatur
amica vel in ſuplatiuo chariſſima. vn̄ Can
ti. iiij. Tota pulchra es amica mea. Et c. vij
q̄z pulcra es ⁊ q̄z decora chariſſima in deli-
cijs. Quare aūt hoc: plures aſſignant̄ rōes
ſm̄ magiſtrū Jacobū de voragīe in ſuo ma
rionali. Prima rō. q̄a ipſa eſt deo ſuꝑ oēs
dilecta ⁊ p̄eminēter electa. Sap. viij. Oīm
dn̄s dilexit eā. Secūda rō. q̄ ſuꝑ oēs ſe-
cretoꝝ diuinoꝝ eſt cōſcia: qd̄ manifeſte pa-
tet in incarnatōe. Hoc aūt eſt ſignum ſūme
amicicie: dicēte ſaluatore Joh. xv. Jam nō
dicā vos ſeruos ſed amicos: q̄ oīa q̄ audi-
ui a patre meo nota feci vobis. Tertia: q̄
deo ſuꝑ oēm creaturā ē familiariſſima. Cui
eīm vnq̄z angeloꝝ vel hoīm aut creaturarū
cōceſſuz eſt vt ꝓ ſua volūtate deū totiēs am
plecteret̄: oſcularet̄: manibus portaret: et ꝑ
oīa dilectōis familiaria ſigna haberet: ſicut
marie. Un̄ dicere potuit illud Can. ij. Dile
ctus meus mihi ⁊ ego illi q̄ paſcit̄ inter lilia
ſcʒ caſtitatis. Quarta: q̄ diuine voluntati
fuit ſumme ꝯformata implēs oīa p̄cepta et
ꝯſilia chriſti: qd̄ etiā eſt vere amicicie ſignū
qm̄ vt ait ſaluator Joh. xv. Uos amici mei
eſtis ſi feceritis q̄ p̄cipio vobis. Hinc eſt q̄
vt dicit Tuliꝰ. Amicoꝝ eſt idē velle ⁊ idem
nolle. Et certe bn̄dicte virgis amicicia ad
xp̄m eſt cōprobata in neceſſitate. Nā Pro
uer. xvij. Frater ī anguſtijs cōprobat̄. Ipa
aūt in oī neceſſitate chriſti affuit adiutrix fi
deliſſima etiā vſq̄z ad crucē ⁊ mortez chriſti.
Unde Bern̄. in medita. O virgo bn̄dicta
q̄d te adduxit ad mōtem caluarie. cur te nō
retraxit pudor v̄ginalis: nec loci ipſius fedi
tas ꝓhibuit: nec iudeoꝝ ⁊ ꝑfloꝝ tumultꝰ re-
tinuit: cur nō ꝑtimuiſti: cur nō horruiſti in-
ter latrones in cruce pēdētes aſtare tuo di-
lecto filio pēdenti in cruce. ſed hoc fecit vis
amoris q̄ erga tuū vnigenitū afficiebaris ⁊
attrahebaris: cū q̄ ⁊ ſil' pati ⁊ crucifigi opta
bas ardenti deſiderio dilectiōis. Secun
do beata v̄go appellat̄ ſoror Can. iiij. Uul-
neraſti cor meū ſoror mea. q̄ ſunt v̄ba dei et
xp̄i ad eam Et hoc pluribꝫ rōnibꝫ. Primo
q̄ xp̄s eſt filius dei patris ꝑ naturā. et Ma
ria eſt filia eiuſdē ꝑ grām. Scd̄o ſoror xp̄i
eſt: q̄ coheres eiꝰ: ⁊ cōicans cū eo regnū pa
tris Ro. viij. Heredes dī coheredes āt xp̄i
¶ Tercio dr̄ ſoror. q̄ eſt ſoror ſctōꝝ angeloꝝ
ꝑ virginitatē. vn̄ Ambro. Uirginitas eſt ſo
ror angeloꝝ: decus virtutū: mors criminuz
Et Hiero. Semꝑ eſt angelis cognata v̄gi
nitas Jdeo angeli dicebāt Can̄. viij. Quid
faciemꝰ ſorori nr̄e in die qn̄ alloq̄nda eſt ſcʒ
ꝑ angelū in annūciatiōe. Quarto dr̄ ſoror
populi chriſtiani. tū ꝑ naturā: q̄ ē filia ade.
tū ꝑ gr̄e ꝑticipatiōez: q̄ eſt filia eccleſie ⁊ mē
brū xp̄i. O aīa chriſtiana ſi aduerteres q̄n
ta tibi eſt gloria habere ſororem talē que eſt
regina angeloꝝ: dn̄a mundi: mater dei ⁊c̄.
¶ Tercio btā virgo appellat̄ filia. p̄s: Au-
di filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē ⁊c̄. Audi inq̄t
ſcʒ ea q̄ dicēda ſunt tibi ab angelo vt poſſis
credere: q̄ fides ex auditu. Ro. x. et vide. i.
expire ſcripturas ꝓphetaꝝ q̄ in te habēt cō-
pleri. et inclina aurē tuā: ꝑ obedientiā vt cō
ciꝑe poſſis filium dei. Et obliuiſcere popu
lum tuū ⁊ domū pa. tui. i. cōtemne omnem
mundanū affectū ꝓ chriſto: vt chriſtū lucri
facias. ⁊ ſic faciens ꝯcupiſcet rex. ſ. deus de
corem tuū. i. caſtitatis tue nitorē. Dicit̄ aūt
ipa filia dei, tum q̄ eius creatura. tū quia a

deo paterna ſollicitudine eſt cuſtodita ſicut
filia chariſſima. Vñ Cañ. vij. Quã pulcra
es filia ꝑncipis .i. dei. tũ qꝛ deum patrẽ imi-
tata. vñ aplꝰs hortatᷓ oẽs ad hãc filiationẽ:
dicens. Imitatores dei eſtote ſicut filij cha
riſſimi. Ephe. v. Quarto nomĩatᷓ ſponſa
Cañ. iiij. Ueni de libano ſponſa veni coro
naberis. Dicitᷓ aũt ſpõſa xp̄i ſm eius diui-
nitatẽ. qꝛ ſm hũanitatẽ eſt eius mater ⁊ ge-
nitrix. Et merito dꝛ ſponſa qꝛ chriſto eſt per
fidem ⁊ dilectõem ꝯiũcta. Et q̇a ꝑs ſui ſan
guinis puriſſimi eſt indiſſolubiliter diuini-
tati copulata in xp̄o. Ideo Sap. viij. Hãc
amaui ⁊ q̃ſiui eam mihi accipe in ſpõſam.
Quinto ꝯgnoĩatᷓ virgo Lu. j. Miſſus eſt
gabriel angelus ad virginẽ. Et hoc merito.
qꝛ ipſa eſt virgo virginũ. vt libro. viij. pate-
bit latius. Sexto noĩatᷓ mulier. Joh. xix.
Mulier ecce filius tuus. Nec obſtat ꝙ ipa
fuit ⁊ eſt virgo imaculata. qꝛ etiã virgo dici
tur mulier nõ ꝓpter corruptionem ſed ꝓpter
ſexus feminei ꝯditõez. vt patet Geñ. ij. vbi
Eua vocatᷓ mulier in ſtatu inocẽtie cum nõ
dũ fuit corrupta ſed virgo intacta. Edifica-
uit inq̇t dñs coſtã in mulierẽ. Merito autẽ
dꝛ btã virgo mulier. qꝛ mulier dꝛ q̃ſi molli-
ens herũ .i. dñm. Ipſa nãq₃ emolliuit deũ ⁊
placauit vel mitigauit: vt q̇ ante erat tã du-
rus ⁊ iratus generi hũano ꝙ oẽs hoies de
trudebat in infernũ. ꝓpterea Job. xxx. in ꝑ-
ſona generis humani di. Mutatus es mi-
hi in crudelẽ et in duricia manus tue aduer
ſaris mihi. Nũc ꝑ ꝟginẽ bñdictã eſt eiꝰ fu-
ror mitigatus. vñ in natiuitate angeli ceci-
nerũt Et in terra pax homibꝫ Luc. ij. Hinc
xp̄s multo crebriꝰ in euãgelio ſe appellat fi-
liũ hois .i. btẽ virginis: q̃ filiũ dei. qꝛ emol-
litus eſt ꝑ eã. ⁊ in hoc cõmendat nobis ſuã
imenſam miſcdiam q̃ dignatus eſt fieri hõ
ꝓ nobis. Itẽ btã virgo intãtũ emolliuit eũ
vt noſtros defectus ſuſcipe dignaretᷓ qui ta
men in diuinitate defectũ pati non poterat
vt ꝓ nobis deus impaſſibilis pateretᷓ: fame
ſceret ⁊ ſitiret fatigaretᷓ ⁊ moreretᷓ. O mirabi
lis ⁊ maxia emollitio Idcirco ipſa bñ ſigni
ficatᷓ ꝑ ꝟginẽ q̃ ferociſſimũ rinocerõtẽ emol
lit ⁊ in ſinu ſuo dormire facit. ⁊ ſic vinculatᷓ
capitᷓ: ⁊ occiditᷓ. Itẽ intãtuз virgo emolliuit
deum vt nũc maiora pctã patienter toleret
q̇ q̃ndã minora duriſſime vindicabat. Cõ-
ſtat eñ ꝙ multo grauius offendũt moder-
ni ſodomite q̃ antiq̇tus. q̃m nũc in chriſto
humana caro ſummã habet dignitatez. vñ
maior iniuria fit nunc chriſto a ſodomitꝭ q̃
ante incarnatõem. ⁊ etiã ab oĩbus luxurio-
ſis. ⁊ tñ nũc deus patienter expectat q̇ ante
duriſſime eos ſubmerſit. Quare hoc: niſi qꝛ
deus eſt ꝑ virginẽ mitigatus. Imo vt dicit
Fulgẽtiꝰ. iiij. Micho. Dudũ inq̇t celum et
terra ruiſſent ſi non Maria p̄cibꝫ ſuſtentaſ
ſet. Unđ merito btã ꝟgo dꝛ mlier ꝑ antho-
nomaſiã .i. molliẽs herũ vl' herem .i. chriſtũ
dñm. Hinc Prouerb. vl. Mulierẽ fortẽ q̇s
inueniet. qꝛ ex oĩbꝫ iſta ſola extitit fortiſſima
etiam ſuꝑ deo poteſtatem habens. ꝓpter qđ
ſubditᷓ: pcul ⁊ de vltimis finibꝫ p̄ciũ eius. ꝓ
cul inquã: qꝛ p̄cium ꝟginitatis nõ eſt de ter
ra ſed de celo. q̃m vt dicit Hiero. Uirgini-
tas eſt celeſtis. et de vltimis finibꝫ. qꝛ de cõ-
iunctõe dei ⁊ homĩs q̇ ſunt vltimi fines.
Septimo nomĩatᷓ regina. Vñ ps. Aſtitit
regina a dextris tuis in veſt. deau. Sed ori
tur q̃ſtio Unde vel quare dicatᷓ dei mr̃ eſſe
regina cuз ipſa fuerit puella pauꝑcula. Nã
⁊ in tꝑe ſui partus in loco pauꝑrimo vicз i
ſtabulo pepit. Et i tꝑe ſue purificatõis pau
perũ oblationẽ habuit. ſ. duos pullos colũ
bax aut par turtux: quod erat pauperũ. vt
patet Leui. xij. ⁊ Lu. ij. Item pauꝑrimã ve
ſtem habuit: ⁊ xp̄m vilibꝫ pannis vt moris
eſt pauperx inuoluit. vt canit eccl'ia. Miruз
igitᷓ quõ regiũ nomẽ et dignitatẽ habuerit
maxie cũ nec eiꝰ pater vicз Joachim rex fu-
erit alicuiꝰ regni. nec eius mr̃ vicз Anna fu
erit regina alicuiꝰ regni. vt patet ex hiſtorijs
Ad hec reſpõdetᷓ ſm Jacobũ de voragi
ne in ſuo marionali ꝙ btiſſima virgo Ma
ria licet fuerit pauperrima: ⁊ hoc volũtaria
pauꝑtate oĩa terrena abdicãdo: ⁊ ſolũ deũ
ſibi in theſaurũ ꝑoptatũ eligẽdo: q̃tinus im
pleret illud ſcriptũ ꝯſiliũ Si vis ꝑfectus eẽ
vade ⁊ vẽde oĩa que habes ⁊ da pauꝑibus
et veni ſeq̄re me Math. xix. Nihilominꝰ ta
men ipſa fuit vere regina p̄ alijs excellẽtiſſi
ma pluribꝫ rõnibꝫ: Primo q̇dez ꝓpter pa-
rentelaз regiã. qꝛ vt canit eccleſia Regali ex
ꝓgenie Maria exorta refulget. vicз ex ꝓge-
nie Dauid. Secundo ꝓpter vnctionez re-
giam. Si eñ quem hõ vnxit in regem rex
dicitᷓ vt patet in veteri teſtamẽto de regibus
iſrael quos ꝓphete vngebant: mlto fortius
virginẽ quam vnxit deus ipſe regia vnctõe

pre oibus reginam predicamus. Vñ de ea ps. Unxit te deus.s.p creationem. deus tu us p incarnationẽ.oleo leticie quo spũſſcti gratia accipit qua ex vtero matris plena fuit.p̄ conſortib9 tuis.i.p̄ oibus mulieribus. Tercio ꝑpter deſpõſationẽ regiã. quia a rege regũ xp̄o deſpõſata eſt vt patuit ſupra Quarto ꝑpter dotatiõem regiã.quia de9 oĩm rex gloriam ꝛ gratiam:imo totũ regnũ celeſte cuꝫ oibus ptinentijs ſuis dotis loco ei cõtulit:vt dicere poſſit illð Geñ.xxx. Dotauit me deus dote bona. Quĩto ꝑpter p̄figurationem regiam. quia per regias eſt p̄figurata.ſ. p reginam Sabba.iij. Regũ.x. Que oĩa q̄ a rege Salomone petijt obtinuit. Et etiã p̄figurat p reginaꝫ Heſter: quam Aſſuerus qð ĩterp̄tat btĩtudinis dom9 adamauit ꝛ poſuit diadema regni in capite ſuo Heſter.ij. Sexto ꝑpter dignificatiõem et poteſtatem regiã:quia ipſam tanq̄ reginaꝫ exaltauit deus ſup totã curiam angelorũ et hoĩm.et vt dicit Berñ. Data eſt ei ptãs ĩ celo ꝛ in terra tanq̄ regine. Septimo ꝑpter coronatõem regiã:quia coronata eſt ꝛ ĩtroniſata in ſui aſſumptõe in celum corona regia. De qua Apocal.xij. Mulier amicta ſole ꝛ luna ſub pedib9 eius ꝛ in capite corona xij.ſtellaꝝ. Circa hoc accipiam9 vnũ miraculum quod refert diſcipulus im ꝑmptuario ſuo:exemplo.xxj.dicẽs Miraculũ. In quodã cenobio erat q̄dam frater nomine Hieronim9 pictor optim9 q̄ aſſuetus erat Marie imaginẽ omni ſtudio ꝑtutſ decorare ꝛ corona regia tanq̄ excellẽtiſſimam reginã depĩgere ꝛ deſcribere. ꝛ diaboli imaginẽ turpiſſimã figurare. Qð diabolus dolens cepit eum ſtimulare vehemẽtiſſime accendẽs luxurie libidine ꝛ importunis cogitationib9 agitare. Tũc q̄dam vice vt ſe vindicaret diabolus:apparuit ei in ſpecie mulieris pulcerrime alliciẽdo ad crimẽ Cui cũ cõſenſum voluiſſet prebere:dixit ei diabolus. Tu es ſacriſta hui9 eccleſie. Accipe ergo hui9 ecclie theſauros ꝛ vaſa auri et argẽti ꝛ frãge ea ꝛ oĩa in ſacco ponens ſeq̃re me et in domo mea mecũ eris nullo ſciente diu gauiſurus. Cunq̄ talia cepiſſet op̄ari:cepit diabolus vociferare dicẽs Currite dñi currite dñi:q2 hieronim9 dep̄dat theſauros eccleſie. Accurrẽtes cõpererũt hieronimũ fregiſſe plura vaſa aurea ꝛ in ſacculũ poſuiſſe ꝛ admirati interrogarũt cur hec feciſſet. ille ptimeſcens obmutuit. At illi: q2 ſero erat:ligauerũt eum ad colũnã volẽtes mane eum punire. Tũc diabolus ipſi ligato illudebat dicẽs. Nõne tu es q̄ ſemp me depingebas deformẽ:ꝛ illã mariã pulcerrimaꝫ faciebas. Adiuuet te illa regina quã decorabas nũc ſi valet ꝛc̄. Recordat9 itaq̄ hieronim9 miſeratiõis genitricis dei:toto corde cepit eã inuocare vt in tanto p̄iculo dignaret ſibi ſuccurrere. Tũc ip̄a pietatis mater apparuit ei et ait. Cõfortare hieronime ꝛ deinceps caue aſtutias diaboli. En quia ſeruijſti mihi nõ deſerã te in iſtis tribulatõib9. Et mox p angelũ apprehẽſo diabolo illo ligauit eũ ad columnã hieronimo ſoluto.et ille gr̃as egit Hieronim9 igit admonitus a dña:pulſauit hora cõpetẽti ad matutinũ: ꝛ accenſis lãpadibus ſtetit in choro vbi cõſueuerat. Fratribus ip̄m intuentib9 mirati ſunt oẽs:et viderũt in colũnã ligatũ quendã ꝛ mag' ceperunt mirari. Cõſpexerũt theſauros eccleſie et inuenerũt oĩa vaſa ſolida ꝛ integra: operante beata virgine. Unde ſtupore pcuſſi:facto capitulo ligatũ illum interrogarunt ꝛ cognouerũt eſſe demonẽ:queꝫ exoluẽtes p maxime verberauerunt. ꝛ ſic ille ſtridens ꝛ clamãs aufugit. Deniq̄ hieronim9 ꝯfeſſus ſcelus ſuum:narrauit quõ p miſcðiam marie virginis fuiſſet liberatus. ꝛ oẽs audientes laudes deo ꝛ virgini benedicte ꝓclamarunt. O igitur anĩa fidelis vide q̄ bonũ ſit virginem bñdictã inuocare:eiq̄ deſeruire. O ſupbenedicta ꝓgo dei mater chariſſima ſponſa:ſoror ꝛ filia. O virgo virginũ miſericordiſſimaq̄ ꝛ regina excellẽtiſſima ac dña oĩm creaturaꝝ:per illũ piũ Jeſum q̄ te elegit:p illum tuũ dulcem natũ:p eius amoreꝫ ſanctiſſimũ te dep̄camur: vt in hui9 mundi naufragio ꝯtra oẽs demonũ inſult9 ſuccurrere nobis digneris. Amen.

Articulus tercius q nomen btẽ Marie xij.honoꝝ dignitatib9 eſt ſublimatum

Tercium miſterium in hac pte declarãdũ dicit honorifice vł p̄uilegiate ſublimationis. Ubi notanduꝫ q nomẽ benedicte virginis Marie ad numerũ.xij.ſtellarũ.xij priuilegioꝝ honorib9 extat ſublimatuꝫ glorioſiſſime: q̄ in tres q̄ternarios diuidi pñt.

Primo q̄dez:qꝛ nomē Marie eſt ab eter
no ꝯſecratū ꝛ ꝑelectū vt eſſet nomē genitri
cis dei. iuxta illud Prouer.viij. Ab eterno
oꝛdinata ſum ꝛ ex antiq̄s anteq̄ȝ terra fieret
Sicut nāq̄ȝ vt dicit Bern̄.in ſermone. dul
ce nomē Jeſus ab eterno eſt ꝯſecratū vt ſit
nomē filij dei.ſic dulce nomē maria ab eter
no ꝑelectū ꝛ ꝯſecratū eſt vt ſit dignuȝ nomē
matris dei. Jdeo p̄s: A ſeculo nomē tuum
Secundo:qꝛ in libꝛo vite an̄ alia noīa ꝛ
ꝑ alijs ſcp̄tū. Luȝ em̄ vt ſaluatoꝛ noſter te
ſtat̄ oīm electoꝝ noīa ſcripta ſint in libꝛo vi
te.vn̄ ait Lu.x. Gaudete et exultate qꝛ noīa
veſtra ſcripta ſunt in celis. Et qꝛ dei mr̄ īter
oēs electos ꝓmatuȝ tenet ꝛ ꝑ oībꝫ eſt electa.
iuxta qđ canit̄. Elegit eā deus ꝛ ꝑelegit eā.
Jgit̄ poſt nomen Jeſu honoꝛificētiſſime in
ꝓncipio libꝛi vite nomē marie eſt ſcriptum
vt dicere poſſit illud p̄s. Jn pꝛincipio libꝛi
ſcp̄tū eſt de me vt faciā volun.t.deꝰ meꝰ vo
lui:ꝛ le.t.in medio coꝛdis mei. Tertio qꝛ
a ꝓncipio mūdi ꝑfiguratuȝ ꝛ varijs modis
cōmēdatū.vt patet ꝑ totū paſſum veter̄ te
ſtamēti. Ubi aduertēdū ꝙ ſicut dicit magi
ſter Leo.in ſermone de natiui.vgis. Nomē
marie ex q̄nq̄ȝ lr̄is eſt cōpoſitū ad ſignificā
dū ꝙ ip̄a eſt ꝑcipue ꝑfigurata ꝑ.v.dn̄as ve
teris teſtamēti. ex q̄ꝝ noībꝫ accept̄ ꝓmis lit
teris ꝛ cōiunctis:nomē marie reſultat. Pri
mo nāq̄ȝ ꝑ M ſignificat̄ ꝙ ipſa ꝑfigurata ē
ꝑ Michol q̄ fuit ſpōſa dauid regis:quā da
uid intantū amauit ꝙ cū diu fuiſſet extra re
gnū iudeoꝝ noluit intrare regnū niſi pꝛius
eſſet ſibi michol ꝑſentata.j.Regū vlti. Sic
btā virgo(interp̄tat̄ em̄ michol pietas) ꝛ ip
ſa fuit pietate plena.et certe ipſa tantuȝ pla
cuit deo ꝙ cum eſſȝ extra.ſ.in celo:noluit in
gredi in hūc mūdū niſi ꝓus btā vgo naſce
ret̄. Secūdo a denotat Abigail q̄ placa
uit Dauid ne occideret nabal.j.Regū.xxv.
Sic btā virgo placauit nobis deū ſua hūi
litate:ꝛ nūc etiā q̄tidie placat ſua interceſſio
ne:ne occidat pctōꝛes eterna moꝛte. Ter
cio ꝑ r denotat̄ ꝙ ipſam figurauit rachel q̄
genuit Joſeph q̄ vocatꝰ eſt a pharaone lin
gua egiptiaca ſaluatoꝛ mūdi. Gen̄.xlj. Sic
beata vgo genuit veꝝ ſaluatoꝛē mūdi xp̄m
deū noſtrū. Quarto ꝑ i ſignificat̄ Judith
que virtute caſtitatis occidit holofernē. Ju
dith.xiij. Sic beata vgo virtute ſue vgini
tat̄ lucipeꝝ occidit.iuxta illđ Gen̄.iij. Jpſa
cōteret caput tuuȝ. Quinto ꝑ a denotatur
Abyſaach q̄ fuit electa ſuꝑ oēs filias hieru
ſalē tanq̄ȝ pulcrioꝛ ad ſeruiendū et miſtran
dū regi Dauid.iij.Regū.j. Sic btā vgo fu
it electa ſuꝑ oēs mulieres ad miniſtrādū re
gi celeſti. Ecci.xxiiij. Jn habitatōe ſctā co
rā ipſo miſtraui. Quartū ꝓuilegiū vl' ho
noꝛis gloꝛia eſt ꝙ nomē marie eſt ab ange
lo Gabꝛiele ꝑnunciatū. Hoc nāq̄ȝ tenēt ca
tholici doctoꝛes ꝙ nomē Marie angelus
Gabꝛiel ꝑnūciauerit eius parētibꝫ ꝙ eā vi
delicet hoc noīe vocare deberēt. Et ꝓbat̄ a
maioꝛi arguēdo. Quia ſi nomē Johis ba
ptiſte angelus gabꝛiel ꝑnūciauit Lu.j. mul
to foꝛtius id de matre dn̄i ſentienduȝ eſt. Et
hoc idē teſtat̄ Hiero.đ vita Marie ſcribēs
ꝙ angelus apparuit eiꝰ parētibꝫ pꝛecipiēs ꝙ
eā mariā noīarent. Et ſic patet ꝓmus q̄ter
narius. Quintū:qꝛ fidelibꝫ eſt amoꝛoſiſſi
mū vel affectuoſiſſimū.q̄m̄ vt ſcribit̄ Eſaie
xxvj. Nomē tuū ꝛ memoꝛiale tuū in deſide
rio aīe. Et nota ꝙ debemꝰ erga nomē ma
rie affici ꝑ ſpūalem dilectōez.qꝛ ex h̄ triplex
bonū ꝯſeq̄mur. Pꝛimo coꝛdis exhilaratio
nē ꝛ delectationē. Un̄ ſm̄ lr̄am hebꝛaicam
dicit p̄s. Letabunt̄ oēs q̄ diligūt nomē tuū
ꝛc. Bern̄. O btā Maria tu nec noīari po
tes q̄n recrees:nec cogitari q̄n tecū ſit affe
ctus diligētiū te. Secūdo internā vel ſpi
ritualē pacificatiōnez.p̄s.ſm̄ aliā lr̄am. pax
multa diligētibꝫ nomē tuū. Tercio eternā
ꝛ celeſtē gl'iatōem.p̄s. Gloꝛiabunt̄ oēs q̄ di
ligūt nomē tuū. Gloꝛiabunt̄.ſ.in celeſti pa
tria. qꝛ vt đꝛ in p̄s. Qui diligūt nomē eiꝰ ha
bitabūt in ea. Sextū ꝓuilegiū noīs ma
rie.qꝛ demonibꝫ ē foꝛmidabiliſſimū.q̄m̄ vt
ſcribit̄ Can.vj.terribilis eſt Maria vt ca
ſtroꝝ acies oꝛdinata. Que vba tractās Hꝛe
goꝛiꝰ dicit. Nō tantū timēt hoſtes inuiſibi
les quālibet caſtroꝝ aciē ſicut mariā đi ma
trē. De hoc latiꝰ ſupꝛa ꝑte ꝓma.ar.iij. vtili
tate.v. Hoc ſolū hic addo qđ refert Uber
tinus lōbardus in tractatu de noīe Jeſu ꝙ
vicȝ cum q̄dā mulier a demone incubo ve
xaret̄ nec pōterat aliq̄ remedio liberari:ve
nit ad btm̄ Eymūdū petere cōſiliuȝ:q̄ dixit
ei.accipe vgā et ex vna ꝑte facias ſcribi no
men Jeſu:ꝛ ex alia nomē btē virginis:ꝛ cū
demō ad te moꝛe ſolito venit ꝑcutias eū di
cta virga.q̄ facto liberata eſt. Jtem legitur
in vita ſancti Anthonij paduani ꝙ cū de

mon voluiſſet eum dormientē ſtrangulare cepit noīare ſctūs ipſe Mariā. ⁊ ſtatim cir cūfuſo lumīe in cella demō ↄfuſus aufugit.

Septimū priuilegiū. qꝛ nomē marie eſt cunctis hoīb⁹ venerabiliſſimū: vt iā imple tū ſit illud Luc. j. Ecce em̄ ex hoc btām me dicent oēs generatōes. Adeo nāqꝫ venera bile eſt nomē Marie in mūdo ꝙ etiā apud infideles reuereꝛ. vt patet in lege Macho meti. ⁊ etiā apud ꝗſdam iudeos. de qb⁹ vi de ſ. li. ij. parte. iij. ar. ij. circa ſtellam quartā Et q̄dem merito nomē Marie ab oīb⁹ ve neraꝛ. qꝛ res ſacra digna eſt veneratiōe. ſed eius nomē eſt ab eterno ↄſecratū: vt patuit ſupra. igiꝛ ⁊c. Qō ſi q̄ras: quō debeas vene nerari hoc nomē pium Marie. Dico ꝙ tri pliciter. Primo in corde deuoti⁹ diligēdo Secūdo in ore venerabiliꝛ ꝓnūciando et bn̄dicēdo: nō ſicut heu multi faciunt q̄ iu rant in noīe marie vel maledicunt inimicis aut vitupando blaſphemāt. Cōtra q̄s Le uiti. xxiiij. Qui blaſphemauerit nomē meū morte moriaꝛ. Tercio q̄ꝫ venerari debet genuflexione ⁊ ſacri cult⁹ exhibitōe: ſepi⁹ eā ſalutādo Vn̄ pſal. Adorabo ad tēplū ſctm̄ tuū. i. virginē matrē tuā que dicitꝛ tēpluꝫ dei ⁊ ſacrariū ſpūſſancti. et cōfitebor noī tuo. ſ. collaudādo. Taliter nanqꝫ eam venerātib⁹ obuiabit ipſa quaſi mater honorificata: ho norificando eos in celeſti glīa. vt ſcriptū eſt Eccī. xv. Et exaltabit illos apud ꝓximos. i. ſctōs dei. Octauū priuilegiū. qꝛ hoc no mē eſt oīb⁹ inuocātib⁹ virtuoſiſſimū: quoni am mirabilē ꝟtutē habet ſubueniendi in oī neceſſitate ⁊ in oī piculo atqꝫ in oī orōis im petratione. Unde Bern̄. Sileat miſcōiaꝫ tuā o bn̄ſſima Maria q̄ te in ſuis neceſſita tibus inuocatā meminit ſibi auxiliū defuiſ ſe. Propterea nāqꝫ eccleſia nomē marie ap poſuit in ſalutatōe angelica: q̄tinus p ei⁹ in uocationē magis ſortiaꝛ oratio effectuꝫ. O peccator. o quiſquis es deuot⁹ virgini ma rie ↄſidera virtutē nomis ei⁹ ⁊ gaude tenere hāc pcioſam margaritā in burſa cordis tui recōditā. qꝛ nullus lapis pcioſus: nulla gē ma tante eſt virtutis. Currāt alij ꝑ q̄ſtu mū di. aggregent lapides pcioſos q̄rū virtutib⁹ gliēꝛ. Nā ſm phos alij valēt in piculis ꝑ ſeruādis. alij eoꝝ in fauorib⁹ acq̄rēdis. alij i inimicicijs ſedādis. alij i ꝓſperitatib⁹ cōſe quēdis. Ualeāt vel forte nō vere ad ea va leāt. hoc ſolum ↄſulo: hoc ſolū phortor acq̄ rite O oēs auari. o omnes mūdani: acq̄rite hūc vnū lapidē pcioſū: recōdite in arca cor dis ħ nomē glīoſuꝫ triū ſillabaꝝ Maria. et eritis ſecuri in oī piculo. habebitis auxiliū in oī neceſſitate ⁊ anguſtia. et ꝓſperitateꝫ in oī ſalubri optato Nil em̄ eſt mali quod nō remoueat. nil boni quod nō obtineat ⁊c.

Nonū priuilegiū quia hoc nomē eſt ſum me cōfortatiuū ſi homo aduertat. quia nul lus ſperauit in ea ⁊ cōfuſus eſt. nullus inuo care potuit ſic vt derelictus ſit dūmodo bn̄ inuocauerit. iuxta illḋ Iſa. xx. Quis ambu lauit in tenebris ⁊ nō eſt lumē ei. i. maria in auxiliū. q. d. nullus Unde oīs hō in ea ſpe ponere habet. qꝛ vt canit Eccl'ia. ipſa eſt re gina miſcōie vita dulcedo ⁊ ſpes noſtra. Et ipſa eſt mater gratie ⁊ mater miſericordie q̄ ab hoſte ꝓtegit: in hora mortis ſuſcipit. O tu qui times a periculo damnatiōis: recor dare hui⁹ nomis: quia maria maris ſtella i terpretatur. ſi maris ſtella: ergo ad portum ſalutis deducens in hoc mari magno ⁊ ſpa cioſo. Hinc Bern̄. O homo ſecuruꝫ habes acceſſum ad deum vbi mater ſtat ꝓ te ante filium: ⁊ filius ante patrem. filius oſtēdit pa tri latus ⁊ vulnera. mater oſtēdit filio pect⁹ ⁊ vbera. nulla poterit eſſe repulſa vbi tot cō currunt amoris inſignia. An nō ergo con fortaris quotiens nomis eius recordaris. dicit idem Bern̄. de nomine Jeſu. quod et de nomine Marie accipe valemus. Hinc propheta Dauid ait. Sperent in te qui no uerunt nomen tuum. Decimum priuile gium. quia nomen Marie eſt gratioſiſſi mum. Interpretaꝛ em̄ maria illuminatrix. ſcꝫ lumine gratie. et ꝑfecto nomen Marie gratioſum eſt. quia ipſa beata virgo eſt ma ter gratie. Nota aūt ꝙ ſm quinqꝫ litteras huius nominis Maria quintuplicem gra tiam peccatores conſequunꝛ per hoc no men. quas quidem gratias hoc nomen ſi gnificare videtur. Prima littera M deno tat miſericordiam diuinam. Secunda lit tera a denotat amorem ſupernorum ⁊ eius accenſionem. Tercia littera r ſignificat re miſſionē peccatoruꝫ. Quarta lr̄a i denotat illuminatōem ex infuſione iuſtificātis gra tie. Quinta littera a denotat acquiſitionem vicꝫ meritoꝝ ⁊ pmiorū. Hinc Bernarḋ. in ſermone. Si criminis imanitate turbatus

ſi ꝯſcientie feditate ꝯfuſus: ſi iudicij horro-
re ꝑterritus: ſi baratro deſꝑatõis abſorpt⁹.
Mariã cogita: mariã inuoca. ⁊ ſic in temet
ipſo expiri poteris ꝙ merito dictũ ſit nomẽ
virginis maria. Hec ille. Undecima pre
rogatiua nomĩs Marie eſt: quia eſt nomẽ
dulciſſimũ. Unde canit eccleſia. Salue re
gina miſcdie vita dulcedo ⁊ ſpes noſtra. vñ
quia ipſa eſt clemẽtiſſima regina: vita: ſpes:
et dulcedo noſtra. ſequit̃ ꝙ nomẽ ei⁹ eſt dul
ciſſimuꝫ. Nimirũ ex noĩe Marie (niſi aſſit
impedimẽtũ in homine) tanta dulcedo cor
di deuoto infundit̃ ꝙ mentis affectuꝫ ma-
gis ac magis afficit: nec ſatiari poteſt ꝑ de-
ſiderio. quod teſtat̃ Eccleſiaſtic⁹ cap. xxiiij.
dicens in ꝑſona eius. Spiritus inquit me
us ſuꝑ mel dulcis: et hereditas mea ſuper
mel ⁊ fauum: memoria mea in generatõnes
ſeculorũ. Qui edunt me adhuc eſurient. ſci
licet pre deſiderio. Eſaie. xxvj. Nomẽ tuuꝫ
in deſiderio anime. Nota autẽ ꝙ nomen
Marie dulcorẽ infert Primo viſui. ps. Le
tificabis me cum vultu tuo delectatiões in
dextera tua vſqꝫ in finem. Secũdo auditui
Cãticoꝝ. ij. Sonet vox tua in auribꝰ me-
is. vox eñ tua dulcis ⁊ facies tua decora.
Tercio dulcorem infert guſtui. Cãticoꝝ. ij.
Fructus eius dulcis gutturi meo. Quarto
olfactui. Eccĩ. xxiiij. Quaſi myrra electa de
di ſuauitatem odoris. Et ibidem. Ego quaſi
vitis fructificaui ſuauitatem odoris. Quin
to dulcorem infert cordis medullis. Unde
Conticoꝝ. viij. Pone me vt ſignaculuꝫ ſuꝑ
cor tuum. Et ps. Guſtate ⁊ videte quoniã
ſuauis eſt domin⁹. ſ. in Maria ⁊c. O vtinã
fidelis anima aliquãdo nouiſſes expientia
certa: quia vt canit eccleſia: vere clemẽs pia
et dulcis eſt Maria. Duodecima ꝓroga
tiua. quia nomẽ Marie eſt efficacia mira-
biliſſimũ. Mirabiles eñ efficere habet fru
ctus ſaluciferos: vt in parte ꝑma articlo vl.
patuit. Quis deniqꝫ ſufficiẽter extimare po
terit quãta a principio mundi miracula fa-
cta ſint ad nomẽ Marie ⁊ eius inuocatio-
nem. Si eñ vt dicit ps. Mirabilis deus ĩ
ſanctis ſuis. ꝙ mirabilis ſuper oẽs in Ma
ria que eſt omniũ ſanctiſſima ⁊ domina. cui
vt dicit Berñ. data eſt omnis poteſtas in
celo ⁊ in terra. vt quicquid voluerit valeat
efficere. Ut autem magis clareſcat mirabi
lis efficacia nominis Marie: referam hic
vnum miraculum quod ſcribit Uincẽtius
in ſpeculo hyſtoriali. libro. viij. partis ꝑme.
cap. cxvj. dicẽs Miraculum Ex in cõ-
uentu ſancti Bertini erat monachus ꝗdaꝫ
nomĩe Joſtio: in quo cõuentu cum quidaꝫ
archiepiſcop⁹ de terra ſancta adueniẽs ho
ſpitat⁹ fuiſſet. interrogatus eſt a monachis
quis modus orãdi viris religioſis in terra
ſancta habitantibus ſolitus foret. Et retu-
lit quomodo ab ipſis hieroſolimitanis reli
gioſis acceperit cõſuetum fore: benedictam
virginem hoc modo quotidie orare: vt vi-
delicet ad honorem nominis eius ſcḋm quin
ꝙ litteras eius quinqꝫ Aue maria ⁊ totideꝫ
pſalmos qui incipiunt ab eiſdem litteris de-
promerẽt. Pro m Magnificat. Pro a Ad
dominũ cũ tribularer. Pro r Retribue ſer-
uo tuo. Pro i In conuertendo. Pro a Ad
te leuaui ⁊c. Prefatus ergo monachus Jo
ſtio cepit hunc moduꝫ orandi quotidie ad
honorem nomĩs Marie obſeruare. Acci-
dit autẽ vt quadam nocte ipſe nõ intereſſet
matutinis cum ceteris fratribꝰ: ꝓpter quod
ſubprior ad eius lectum venit ibiqꝫ cuꝫ de-
functũ reperit: quẽ putamus ex nimia dul-
cedine amoris quam forte beata virgine ſi-
bi apparẽte cuꝫ filio hauſerat exceſſiſſe. Vñ
accurrũt fratres vultumqꝫ eius diſcoperi-
entes inuenerũt quinqꝫ flores roſaruꝫ. vn⁹
egrediebat̃ de ore ⁊ lingua ei⁹: duo de ocu-
lis: ⁊ duo de auribus. pro tali miraculo le-
tantes detulerunt eum in chorum ⁊ ibi di-
ſcooperta facie cum recentibꝰ roſis diligen
ter intuentes: in roſa que de ore exibat iue-
nerũt ſcriptũ Maria. Tenuerũt aũt eũ per
ſeptem dies ſuaui odore roſeo fragrantem
donec tres epiſcopi cõuenirent et multi alij
clerici ⁊ laici qui vidẽtes magnalia dei lau-
dem dederũt deo ⁊ beate virgini. O igit̃ no
men digniſſimũ Marie: nomẽ piuꝫ: nomẽ
cõfortans peccatorẽ. O nomẽ dulce: nomẽ
amoroſum ⁊ beate ſpei. O nomẽ venerabi
le ⁊ ab oĩbus deuota mente celebre. Quid
dicam⁹ in tua laude: cũ oĩm deficiũt lingue
nec ſufficiẽter te queũt laudare. vere nomẽ
ſacrum: nomẽ fructuoſum: nomẽ melliſluũ
vtinam ſaperẽt ⁊ intelligerẽt hoĩes: et ipſuꝫ
quotidie inuocarent: ipſum ſemꝑ in domi-
bus cordibuſqꝫ ſcriptum tenerent: vt grãm
veniam et gloriam virginis benedicte meri
to obtinerent Amen.

Incipit liber ſeptimus de ſanctiſſima vi
ta beate Marie.

Liber ſeptimus
agit de miſterio ſctiſſime vi-
te bñdicte virginis Marie
eiuſqȝ virtuoſiſſime actōnis.
Et diuidit̄ in tres ptes. In
pma pte agit̄ de eius cōuerſatōis ⁊ vite ſan
ctitudine. In ſecūda agit̄ de meritoꝝ ⁊ vir
tutū pcelſitudine: q̄ fulſit in ſumma pfectio
nis altitudine. In tercia de gratiaꝝ eiuſdē
multitudie qua illuſtrata extitit cū ſumma
plenitudine in hui⁹ vite habitudine.

Pars prima de vite ſanctiſſime virginis
beate atqȝ actionis eius ꝟtuoſiſſime miſte-
rio: vbi oſtendit̄ q̄ in vita ſuſcepit ſacramē-
ta et qualem regulā ſanctitatis tenuerit.

Fili ne dimittas
legē matris tue vt addat̄ gr̄a ca-
piti tuo. Prouerb.j.ca. Quibꝰ in
verbis ſapientiſſimus Salomō ſpūſctō di-
ctante hortat̄ nos vt matrꝫ noſtre.i.benedi-
cte virginis Marie q̄ eſt ſpūalis mater no
ſtra p regeneratōem et adoptōem filiatiōis
diuine ⁊ fraternitatis dñi Jeſu xp̄i.iuxta il-
lud Anſel.dictū. Si inq̄t xp̄s q̄ ex ea geni-
tus frater noſter eſt.cur illa q̄ genuit mr̄ no
ſtra nō eſt.q.d.ſic. Huius inquā matris no
ſtre legē.i.vite regulā ⁊ rectitudinē quā exē
plariter in ſe nobis imitādā oſtendit: ne di
mittam⁹:ſed ſtudioſe obſeruemus: q̄tin⁹ de
tur nobis copioſior gratia capiti nr̄o.i.rō-
nali mēti q̄ eſt caput aīe dirigēs eā in actibꝰ
ſuis. Profecto merito nos hortamur oēs ⁊
ſinguli ad imitādā ſctitatē vite marie: q̄r id
pſuadet nobis Primo q̄dē ſcp̄tura figural'.
Secūdo natura exēplaris. Tercio ſnīa do
ctrinalis. Primo inquā pſuadet ſcriptura
figuralis. Nā Jacob conſiliū ſue matrꝫ ſe-
quēs bñdictionē paternā cōſecut⁹ eſt Gen.
xxvij. Ita ⁊ nos ſi volumus ꝯſeq̄ bñdictio
nem dei patris: ꝯſiliū ſeq̄mur matris marie
vitā imitādo. Secūdo pſuadet natura ex
emplarꝫ.vt em̄ certa diſcim⁹ experiētia: pater
diligēti⁹ fouet filiū quē videt ſibi aſſimilatū
q̄ diſſimiliorē.q̄r oē anīal naturalr̄ diligit ſi
bi ſile Eccī.xiij. Deniqȝ teſte glo.ſup p̄s.cor
uus nō nutrit in nido ſuos pullos tādiu q̄
uſqȝ aſſimilari ſibi incipiūt pēnis nigreſcēti
bus.eo q̄ putat n̄ eſſe ſuos pullos ꝑter diſ
ſimilitudinē.q̄s tn̄ poſtea aſſimilatos dilige
ter fouet ⁊ ītime diligit. Ideo dicit p̄s. Qui
ſcꝫ de⁹ dat iumētꝫ eſcā ⁊ pullis coruoꝝ.ſ.i ni
do ⁊c. Ita ſpūalr̄ maria mr̄ gr̄e nos in ſpū-
alibꝰ fouet ſibi aſſimilatos ⁊ do pr̄i exhibet
diligēdos.al's ꝑter diſſiītudinē formidan
dū eſt ne derelinq̄mur. Sectemur ḡ chariſ
ſimi bñdicte virgīs caſtitatē: hūilitatē: patiē
tiā ⁊ ceteras ꝟtutes. Vñ ei⁹ fili⁹ dñs Jeſus
clamat Math.xj. Diſcite a me q̄r mitis ſuꝫ
⁊ hūilis corde: ⁊ inuenietꝫ req̄eꝫ a.ve. Ter
cio pſuadet ſentētia doctoralis. Unde Am
bro.li.de ꝟginitate dicit ſic. Sit vobis tāq̄
in imagine deſcripta vita Marie: de q̄ ve-
lut ex ſpeculo refulget ſpēs caſtitatꝫ ⁊ forma
virtutis. Hinc ſumatis exēpla viuendi vbi
tanq̄ in exemplari magiſteria ſunt pbitatis
expſſa: q̄ q̄d corrigere: q̄d effugere: q̄d tene-
re debeatꝫ oñdūt. Hec ille. O igit̄ fidel' aīa
auſculta ꝯſiliū ſapiētis: ſuſcipe ei⁹ exhorta-
tionē dicētis Fili ne dimittas legē mr̄is tue
id eſt marie. O ſalubris admonitio.o dulciſ
ſima doctrīa.o ſaniſſimū ꝯſiliū: cui obtēpan
do fit vt addat̄ gr̄a capiti tuo. Si gr̄a: ergo
et gl'ia.⁊ p ꝯñs oīe bonū. Quia ergo vita
marie nobis imitāda in p̄dictꝫ ꝟbis ꝓponit̄
Idcirco de ea acturi tria miſteria ī hac pte
declarāda notabimus: q̄bꝰ eius ꝯuerſatōis
⁊ vite ſctitatem agnoſcere valebimus ⁊ imi
tari ſciemus.

Primū dr̄ miſteriū ſcp̄tural' obmiſſiōis.
Scdm̄ dr̄ miſteriū ſacralis ſuſceptōnis.
Terciū miſteriū regularis obſeruatiōis.

Articulus pmus quare euāgeliſte no-
luerūt de vita beate Marie ſcribere aut de
eius morte ⁊ ſimilibus.

Primum miſte
riū declarādū dr̄ ſcp̄turalis ob-
miſſiōis. Nā a pleriſqȝ ſepeſepi⁹
q̄ſitū eſt Quare vicꝫ ī ſacra ſcp̄tura canoni
caqȝ nuſq̄ aliq̄d ſcribit̄ de ſanctitate ⁊ geſtꝫ
Marie. Nec ab euāgeliſtꝫ texit̄ q̄cq̄ de ei⁹
vite hiſtoria: imo nec etiā de ei⁹ origine: aut
parentū ſanctitate: nec de gl'ioſis actibus ⁊
geſtis ſupmirabilibꝰ: aut d eius morte: aut
ſacramētoꝝ noue legis ſuſceptione. Mirū
certe ē cur ſcp̄tura obmiſerit et tacuerit hec
oīa ⁊ alia matris dei p̄clara oga. Matthe⁹
q̄ppe ca.j. ſcribēs de chriſti genealogia hoc

ſolum dicit Jacob genuit Joſeph virꝝ ma-
rie:de qua natus eſt Jeſus q̄ vocat̃ chriſt⁹.
putabā dicere debuiſſe:virum Marie filie
Joachim quā ex anna vxore angelo nūciā
te miracl'oſe genuit:q̄ fuit ṽgo caſtiſſima ꝛc̄:
Similr̃ ꝛ Lucas Miſſus eſt inq̄t angelus
ad virginē ꝛc̄.nō deſcribit ei⁹ ortū nec ei⁹ ge
ſta aut vite ſeriē:aut p̄clara ſanctitatis opa.
et ſic de alijs euāgeliſtis. Preter hoc ſolū ꝙ
ↄceptionē filij dei ex ea ſpūſctō factā deſcri
bunt ꝛ ea que ad id dūtaxat ptinere vident̃
Et ad id aſſumūt argumētū tale obijciētes
quia euāgeliſte p̄curſoris ortū:parentūqꝫ di
gnitatē:vite ſctitatem: arduaqꝫ et p̄clara ei⁹
geſta deſcripſerūt vſqꝫ ad terminū vite eius
et martyriū. ergo multo magis hoc de mr̃e
dei facere debuerūt: ad fidei ꝛ moꝝ edifica
tionē. Videt̃ g̊ ꝙ ſacra ſcriptura obmitten-
do ſit diminuta. Sed cōtra eſt:q̄a ſancto
ſpiritu inſpirāte locuti ſunt ſcti dei hoīes.ij.
Petri.j.ꝛ Math.x. Nō vos eſtis q̄ loq̄mi-
ni:ſed ſpūs ꝛc̄. Unde ipſo dictante ſcripſe-
runt q̄cūqꝫ ſcripta ſunt in canonic̄ ſcriptu-
ris:in q̄bꝰ error vel diminutio nullaten⁹ ad
mitti debuit. De⁹ em̄ ꝛ natura nō abūdant
in ſupfluis:nec deficiunt in neceſſarijs: nec
q̄cq̄ faciūt fruſtra:vt d̛r.ij.phicoꝝ:igit̃ ꝛc̄.

Rn̄deo ſm Alber. magnū ſup miſſus eſt.
ca.lxxxj.alios q̄ꝫ doctores catholicos de h̄
tractātes ꝙ ſumme rōnabiliter factuꝫ eſt vt
hec de ṽgīe matre dei ſint obmiſſa in cano-
nica ſcriptura a ſanctis: nec aliq̄d ſit expſſū
niſi qd̄ ſpectabat ad incarnatiōem ex ea fa-
ctā. Hoc em̄ egit ſpūſſanctus miro ordine
diuine ſapie:p̄cipue triplici rōne.

Una eſt ratio p̄ſuppoſitionis
Alia eſt ratio excitāde deuotōis
Tercia rep̄mēde elatōiſ vl' nr̄e hūiliatōiſ

Una eſt rō p̄ſuppoſitōis.q2 vicꝫ ſctitatis ex
cellētia ꝛ dignitas matris dei ab oībꝰ chri-
ſticolis debito p̄ſupponit̃:circa quaꝫ errare
eſſet p̄ma principia cōfundere ꝛ in hereſim
damnatā venire.igit̃ ſupfluū fuit ea deſcri-
bere ꝛ vicioſum.cū ſm Areſto. q̄ vnū dicit
q̄dāmodo plura dicit. Et iteꝝ. Pctm̄ eſt fie
ri p plura q̄ eque bene pn̄t fieri p pauciora.
Et.ij.phiſicoꝝ.ꝛ.viij. Thopicoꝝ. Un̄ ſicut
ſimbolū apl'oꝝ nullibi apud euāgeliſtas in
forma ſcriptū legim⁹:q2 firmiter credenduꝫ
p̄ſupponit̃ mētibꝰ fideliū inſcribēdū: ita pa-
ri iudicio ſpūſctō dictāte factū eſt de hyſto-
ria matris dei: excellentia ve ꝛ ſctitate. Pm̄
ita dixit Math. de qua natus eſt ieſus ꝛc̄.
eo dicto oīa ſubſequētia dixit tanq̄ꝫ incluſa
et p̄ſuppoſita.ſcꝫ de ſumma eius ſctitate:di-
gnitate:meritoꝝūqꝫ ꝛ p̄mioꝝ excellētia. et ſic
in alijs etiā euāgeliſtis a ꝑle cōmēdat̃ ma-
ter. Nū em̄ arbor bona nō facit niſi fructus
bonos Math.vij. Si g̊ ꝑles ſanctiſſima
et digniſſima:ita ꝛ mater:marie cum ſit ma
ter dei q̄ ſancti⁹ ꝛ digni⁹ dici nō poteſt. Un̄
plus de ea ſcribere ſupfluū fuiſſet: q2 dicen
do ꝙ genuit Jeſum filium altiſſimi: vl' ꝙ eſt
gr̄a plena: dn̄s tecū.ꝛ ſilia: ſufficiēter breui
ṽbo oīa dixit ꝙ vicꝫ a nulla gr̄a:a nulla ſcti
tate:a nullo meritoꝝ ꝛ p̄mioꝝ genere fuerit
aliena. Sed q̄cq̄d boni aliq̄ creatura fece-
rit vel recepit:de hoc nō liceat eā fore exper
tem:cū exiſtēs dei mater ſit ſūma pſona ipo
facto ꝛ a nullo illuſtriū ſupari poteſt. vt dic̄
Damaſcen⁹. Alia rō eſt excitande deuo-
tionis.q2 p hoc fideliū doctorū deuotio ex-
citat̃ ad inq̄rendum.iuxta illud Eccl̄i.xxiiij.
Qui edūt me adhuc eſuriūt. Et infra. Qui
elucidāt me vitā eternā habebūt. Tertia
ratio noſtre hūiliationis ꝛ rep̄mēde elatōis
Nam noſtra vana glorlatio rep̄mit̃ ne no-
ſtra bona opa ꝑ magno reputemus: cū vi-
deamus ꝙ excellētiſſimi meriti opera plura
a btā ṽgine facta:imo ꝛ ab ipſo dn̄o ieſu vſ
qꝫ annū.xxx.impleta:ſcriptura q̄ſi non exti-
mans p̄terijt ſubticēdo: q̄ſi tacēdo dicat no
bis illud Lu.xvij. Cum feceritꝭ oīa que p̄ce
pta ſunt vobis dicite:ſerui inutiles ſumus.
Et illud Math.vj. Noli tuba canere an̄ te
ꝛc̄. Itē dn̄s nr̄ ꝛ dn̄a noſtra ſuas ſecretas
habitudines ſibi notas per ſe noluerūt ma
nifeſtare.iuxta illud Prouer.xxvij. Laudet
te os alienū:ſileat os tuū. Unde illa ſcripta
nō ſunt. Ea aūt q̄ in p̄ſentia diſcipuloꝝ vel
populorū fecerunt ſcripta ſunt ad noſtram
edificatōnem:q̄tin⁹ doceremur ꝛ nos vt ſic
bona agamus ꝙ laudes exterius nō quera
mus.q2 vt dicit Grego. Studiū celeſtꝭ de-
ſiderij a malignis ſpiritibꝰ cuſtodire nō ſuf
ficit q̄ hoc ab humanis laudibꝰ nō abſcon-
dit. Dep̄dari em̄ deſiderat q̄ theſauꝝ in via
publice portat Hec ille. Et ſic patet ꝙ rōna
biliter valde ſpiritusancto dictante ſcti euā
geliſte ea que ſpectant ad incarnationis fi-
dem breuius ſcribere voluerunt ꝑpter fidei
aſtructionem ꝛ edificatōem. Ea autem que

ſecrete geſta ꝛ apoſtolis aut alijs ignorātib⁹ facta ſunt licet forent magna ꝛ mirabilia ſuper oīm ſctōꝝ alioꝝ geſta tacuerūt: ꝑmiſſas ꝓpter rōnes. Ad illud igitˀ in oppoſitū ꝙ vicȝ ſaltē eius ortū ꝛ parētū ſctitatē ſcribere debuerūt. Rñdetˀ ꝙ exquo parētū Marie glīa ꝛ dignitas ab illa fuit ꝓpter quam et illi anteceſſere: ꝛ tota illa gēs electa eſt. ideo nō debuit maria ꝑ parētes cōmēdari. ſicut nec chriſtus ꝑ matrē cōmēdatˀ. ſed econuerſo ex ꝓlis ſanctitate datˀ intelligi ſctitas parentū.

Ad aliud de precurſoris ortu vita ꝛ morte ꝛc. Rñdetˀ ꝙ hec rōnabilˀr dē ꝑcurſore ſcripta ſunt. qꝛ niſi ſcripta forent dubitari potuiſſent. Marie aūt miraculoſa cōceptio ꝛ ortus gaudioſiſſim⁹: vita ſctiſſima: opa ꝑcellētiſſima ꝛ arduiſſima: atqꝫ mors ꝑcioſiſſima et glīoſiſſima ꝛc. idcirco ſcribi nō debuerūt qꝛ certiſſima fide creditˀ inter fideles viros qcqd ad ei⁹ dignitatē: ſctitatē ꝛ ꝑcellentiā ꝑtinet ꝛ ꝑ ſe notū eſt his ꝗ de ieſu integrā habent fidem. O igitˀ peccatrix aīa agnoſce qꝛ nullā habes cauillatōis cām ꝯtra ſcripturā ſacrā. Quecūqꝫ em̄ ſcripta ſunt: ad nr̄am doctrinā ſcripta ſunt Ro. xv. O aīa chriſtiana ꝑpēde: quia maria opa ꝑtermiſſa ſunt ſilētio ꝓpter tuā inſtructōem: vt ſtudeas magna credere tanqꝫ fidei ꝑſuppoſita de Maria ꝛ eius ꝓle Jeſu ꝛ vt ſtudeas deuoti⁹ inqrendo meditādoqꝫ merita acqrere atqꝫ vt addiſcas humilitatē in actib⁹ tuis ſeruare. O pie deus ꝙ̄ dulciter nos allicis: ꝙ̄ benigne inſtruis: et ꝙ̄ ſalubriter humiliari vis: nos vt exaltes ꝛc.

Articulus ſecundus ꝙ beata Maria in ſua vita ſuſcipere debuit ꝛ de facto ſuſcepit omnia eccleſie ſacramēta ſibi congruentia.

Capitulum. I.

## Secūdum miſte

riū de vita marie declarādū dicitˀ ſacramētalis ſuſceptiōis. Ex ꝗ em̄ in hac vita habet hō potiſſime per ſacramēta ſanctificari: qm̄ ipſa ſacramenta ex virtute diuina habēt efficaciā ſanctificandi et grām ꝯferūt per quā aīa curatˀ ab infirmitatib⁹ vicioꝝ. vt patet in qrto li. ſniaꝝ. ꝓpter qō Aug⁹. diffiniēs ſacramētū inqt: eſt illud in ꝗ ſub tegumēto reꝝ viſibilium diuina virtus ſalutē ſecreti⁹ opatˀ. Et Hugo de ſancto vic. li. de ſacramēt. dicit. Sacramētū eſt materiale elemētū extrinſecus oculis ſuppoſitū ex ſanctificatiōe gratiā inuiſibilē ꝯferēs. Jdcirco ꝑmo ꝯſiderādū nobis eſt ſi btā virgo in hac vita ſuſcepit ſacramenta noue legis ꝗ inſtituit chriſtus dn̄s ꝓpter noſtrā ſanctificationē et ſalutem. Quia em̄ nil de hoc in canonicis ſcripturis repitˀ expreſſum: a pleriſqꝫ manet indubitatū. Pro hac itaqꝫ re tria ſunt notāda ad pñs.

Primo generalis concluſio.

Secundo ꝓbabilis ratio.

Tertio particularis inꝗſitio.

Primo inquā notāda eſt generalis concluſio que ponitˀ ſm Alber. ſup miſſus eſt. ca. lxxxj. ꝛ eſt talis. Q btiſſima ꝟgo Maria in ſua vita ſuſcepit oīa eccleſie ſacramēta ꝗ tēpore ſuo oīb⁹ hoīb⁹ generalˀr fuerūt inſtituta ꝛ ꝓmulgata oīb⁹ obſeruanda.

Capitulum. II. quare debuit Maria ſuſcipere ſacramenta.

## Secundo notan

da eſt hui⁹ ꝯcluſiōis rō. Nā beata ꝟgo ſuſcipe debuit ſacramēta eccl̄ie multiplici rōne ſm eundē Alber. vbi ſupra. Primo ꝓpter ſui ꝑſi⁹ hūillatōez. qa qnto ꝑ ceteris fuit ſanctior vniuerſis: tanto magis decuit vt ſe humiliaret ad ſacramentoꝝ ſuſceptōem. ſicut etiā hūiliauit ſe ad legē purificatōis veteris legis Lu. ij. iuxta illud ſaluatoris Lu. xvij. Cū feceritis oīa: dicite ſerui inutiles ſumus: qa qō debuim⁹ fecimus. Secūdo ꝓpter ꝑcepti impletionē: qꝛ ꝑceptū obligabat oēs. iuxta illud de baptiſmo Joh. iij. Niſi ꝗs renat⁹ fuerit ex aq ꝛ ſpūſctō nō itroibit in regnū celoꝝ. Tercio ꝓpter ſcādali euitationem qō ortū fuiſſꝫ in ceteris chriſticolis. Quarto ꝓpter meritoꝝ ſuperogationē. Quinto ꝓpter hereſum ꝯfutationē ꝗ vicȝ aſſerebāt ipm nō hoīem eſſe ſed angelum. Sexto ꝓpter ꝑfectoꝝ inſtructōnem: vt ꝗ ſctūs eſt ſanctificetˀ adhuc Apocal. xxij. c. Septimo ad pctōꝝ redargutionē. Quid em̄ in ſui excuſatōe pctōres dicere pñt recuſantes ſacrm̄ pnie ꝛ alia ꝗ ꝯcūqꝫ ſacramēta: cū audiant etiā ſanctiſſimā celoꝝ reginam ſacramēta ſuſcepiſſe. ꝑfecto eius exemplo redarguuntˀ de negligentia ꝛ ꝓuocantˀ ad ea ſuſcipienda.

Capitulū. III. de ſingulis ſacramētis in ſpeciali Utrum Maria ſuſcepit.

# Tercio hic notan

dū reſtat ꝑticularis inq̇ſitio de ſin
gulis ſacramentis eccleſie.
Primo de baptiſmi ſuſceptione.
Secūdo de cōfirmatione.
Tercio de eucbariſtie acceptione
Quarto de ſacramēto penitētie.
Quinto de ſacramēto matrimonij.
Sexto de extrema vnctione.
Septimo de ſacramēto ordinis.

Primo igiť de ſacramento baptiſmi queriť
Utrū btā v̄go fuerit baptiſata Et potes ob
ijcere ꝙ nō. q2 ſapiētis eſt nil fruſtra facere.
ſed fruſtra accipit medicinam q̇ nō indiget.
Cū ergo dn̄a fuerit ſctificata in vtero: et vt
pie crediť a multꝭ fuit ꝯcepta ſine pctō ori-
ginali. ḡ nō idigebat baptiſmo. et ſic fruſtra
accepit: qm̄ baptiſmꝰ eſt medicīa ꝯ originale
inſtituta ſc̄m doctores. Itez cū ipſa fuerit
plena grā: ſi baptiſareť q̇d ſuſciperet grē. vnd̄
videť ꝙ ficte acceſſiſſꝫ cū rē ſacramēti. i. gra
tiā aliquā nō ſuſcepiſſet. nō ḡ debuit bapti-
ſari: cū ſcp̄tū ſit Sap. vij. Spūſſctūs diſci
pline effugiet fictū. Item ſi baptiſata eſſet
deberet eccl'ia agere feſtū eiꝰ baptiſatōis. ſic̄
eoꝙ purificata eſt agit feſtum eius purifica
tionis: cū tā ſolēne feſtū ſcꝫ baptiſmatis vľ
factū: multū fortius ꝓſtaret ad edificationē
fideliū. Relinquiť ergo ꝙ nō fuerit baptiſa
ta. In cōtrariū arguiť. q2 p̄ceptuꝫ de ba
ptiſmo obligabat oēs poſt ſui ꝓmulgatōeꝫ
ad ſui ſuſceptōem. ergo ⁊ btām virginem.

Itē dn̄s Jeſus q̄uis nō indigeret bapti-
ſatus fuit. ergo ⁊ btā v̄go baptiſari debuit:
q̄uis nō indigeret. ꝓpter illd̄ Joh. iij. Amē
amen dico vobis niſi q̇s renatꝰ fuerit ⁊c̄. Et
Marci vlti. c. Qui crediderit ⁊ baptiſatus
fuerit ſaluꝰ erit. Item de apl'is ſupponiť ꝙ
fuerūt baptiſati ꝑ illud Joh. xiij. Qui lotꝰ ē
non indiget niſi vt pedes lauet. ergo multo
magis de beata virgine credēdū eſt: cū fue-
rit ꝑfectiſſima obſeruatrix ꝯſiliorū ⁊ p̄cepto
rū: ꝙ baptiſata fuerit. Reſpōdeo ſc̄m Al-
ber. vbi ſ̄. ꝙ ꝑfecto credendū eſt btām v̄gi
nem fuiſſe baptiſatā. al's em̄ nō haberet ca
racterē ꝑ quē diſtingueret a iudeis ⁊ gētibꝫ.
imo cū ipſa fuerit humillima nullū graduꝫ
humilitatis p̄termiſit. ⁊ ideo baptiſata ē: nō
ſolū baptiſmo xp̄i ſed etiā baptiſmo Johā
nis. vt videť ſentire idē Alb. vbi ſ̄. c. lxxiiij.

Ad p̄mū obiectum ⁊ ſecundum reſpōde
tur ſc̄m eūdem Albertū vbi ſ̄. c. lxxxj. ꝙ btā
virgo nō fruſtra baptiſmum ſuſcepit nec ſi
cta fuit. quia eo qd̄ habere debuit nō caru-
it: ſed abūdauit peccati deſtitutōe ⁊ fidei ꝑ-
fectione q̄ req̇runť in accedēte. Nec obſtat
ꝙ ſine origiali fuerit ꝯcepta vel ꝙ fuerit ſan
ctificata pleniſſime: qm̄ ſc̄m Tho. in. iiij. di.
vj. ⁊ cōiter alios docto. q̇libet teneť ad ba-
ptiſmū etiā ſctificatꝰ in vtero ꝓpter tria. Pri
mo ꝓpter acq̇rendū caracterē q̇ annūereť in
ꝑplo dei ⁊ q̄ſi deputeť ad ꝑcipiēda ſacramē
ta diuina. Secūdo vt ꝑ baptiſmi ꝑceptōeꝫ
paſſioni xp̄i etiā corꝑalr̄ ꝯformeť. Tertio ꝓ
pter bonū obediētie. q2 p̄ceptū d̄ baptiſmo
oībꝫ datū eſt. vn̄ gratiā acq̇ſiuit: q2 ꝑ baptiſ
mū ſuſcepit btā virgo caracterꝭ impſſioneꝫ:
augmētationē meritoꝝ atqꝫ v̄tutū exercita-
tionē. ⁊ ſic patet. Ad terciū. quare vicꝫ nō
agať feſtū eiꝰ baptiſmi ſicut feſtū purificatō
nis Una rō eſſe pōt: ſcꝫ. q2 baptiſmus eius
fuit celebratꝰ in ſecreto. oblatio aūt in puri-
ficatiōe fuit in manifeſto. Alia rō. q2 baptiſ-
mus ꝑ ſe ⁊ p̄ncipalr̄ datus eſt in remiſſiōeꝫ
pctōꝝ. ⁊ ideo ne puteť ipa habuiſſe pcm̄ a
q̄ mūdareť in baptiſmo: nō debuit feſtū eiꝰ
baptiſmi inſtitui. Nec obſtat ꝙ eccleſia ba
ptiſmū dn̄i ſolenniſat qui tamē non habu-
it peccatū: quia ob hoc facit: quoniā ſua ba
ptiſatio noſtri baptiſmi fuit conſecratio. Et
ſic patet. Secundo de cōfirmatiōe que-
ritur vtrū beata virgo fuerit cōfirmata. Et
potes arguere ꝙ non. quia dn̄s Jeſus qui
ſolus potuiſſet ei legeꝫ dediſſe nō legiť hoc
ſacramētuꝫ inſtituiſſe: ergo nec ipſa tenebať
hoc ſacramētū recipe. Item cōfirmatio eſt
ſacramentuꝫ ad hoc inſtitutum: vt per ma-
nus impoſitionē a pontifice detur ſpūſſan-
ctus quo roboreť homo in pugna ſpiritua
li. vt dicit rabanꝰ ⁊ ꝯcorditer doctores aliȷ̄.
Sed beata virgo ad nullius manꝰ impo-
ſitionē ſpūmſanctū recepiſſe legiť: nec robo
re ſpiritꝰ indiguit: quoniā plenitudinē gra-
tie habuit. ergo nō videť quare confirma-
ri debuerit. Cōtra. Beata virgo fuit ple
ne et ꝑfectiſſime chriſtiana. ſed hoc fit per ſa
cramētum cōfirmatōnis: vt homo inuenia
tur plene chriſtianus. Und̄ rabanꝰ Om̄es
inquit fideles per manus impoſitionē epi-
ſcopoꝝ poſt baptiſmū debent accipe ſpiri-
tumſanctū vt pleni inueniantur chriſtiani.

ergo btā virgo cōfirmata fuit. Reſpōdet er
go ſm Alber. c. lxxxj. ꝙ btā virgo fuit cōfir/
mata licet nō ſit in ſcriptura expꝛeſſum. Naꝫ
cōfirmatio licet ſimplr̄ nō ſit ſacrm̄ neceſſi/
tatis: eius tn̄ ꝯtēptꝰ eſt dānabilis. vt volunt
Richar. Bonauen. Alexan. Thomas. Pe
trus ⁊ Albertꝰ in. iiij. diſt. vij. Unde qꝛ btā
virgo fuit pfectiſſima obſeruatrix cōſilioꝝ
et pceptoꝝ. ſequit̄ ꝙ ꝯfirmationē ſuſceperit
Ad pmū obiectū reſpōdet̄ ꝙ ſm Petruꝫ
aur. in ſuo cōpēdio li. vj. c. iij. dn̄s Ieſus cō
firmationē initiauit qn̄ manū puulis impo
ſuit ⁊ eis bn̄dixit. Ad ſecūdū reſpōdetur
ſm Alber. vbi ſ. ꝙ in ꝯfirmatōe recepit be
ata virgo alteriꝰ caracterꝭ impſſionē ampli/
orē meritoꝝ augmētationē ⁊ pfectionē: ſtu
tū exercitatōem ⁊ declaratōeꝫ ꝓpter q̄s gra/
tias cōfirmationē nō fruſtra ſuſcepit. Ter
cio de eucbariſtie acceptiōe Querit̄ vtꝝ be
ata virgo accepit eucbariſtiaꝫ. Et ſi obijcit̄
ꝙ nō. qꝛ nō videt̄ qd gr̄e in eucbariſtie ac/
ceptiōe accepit. Hoc em̄ ſacramētū eſt inſti
tutū ꝓpter charitatis augmētū ⁊ in remiſſio
nē pctōꝝ venialiū ac cautelā moꝛtaliū. ⁊ vt
ſignum paſſiōis xp̄i rememoret̄. Luce. xxij.
Hoc facite in meā cōmemoratōem. Sꝫ be
ata virgo etiā abſq3 hoc charitate plena fu/
it ⁊ remiſſiōe pctōꝝ vl̄ cautela moꝛtaliū nō
indiguit. qꝛ nunq̄ peccauit nec moꝛtalr̄ po
tuit peccare nec indiguit ſigno recoꝛdatōis
ſenſibili q̄ ſp xp̄iformis fuit ſm ſenſuꝫ ⁊ dei/
formis ſm intellectū. g̊ eucbariſtiā accipere
nō debuit. Sed ꝯtra. qꝛ hoc ſacramētum
eſt amoꝛis: g̊ ipm̄ maxie debuit ſuſcipe q̄ fu
it ſūma in amoꝛe. Rn̄det̄ ꝙ btā virgo eu
cbariſtiā ſepiꝰ accepiſſe cōpꝛobat̄ tā ex au/
toꝛitate: qꝛ ſcriptū eſt Actuū. j. Erāt pſeuerā
tes in oꝛōne ⁊ cōicatōe fractōis panis cum
Maria mr̄e ieſu: qd̄ de cōione eucbariſtie
accipit̄ ſm glo. q̄ ex rōne quā ponit Alb. c.
lxxvij. ſup miſſus eſt. qꝛ vicꝫ omnes fideles
tpe oppoꝛtuno ⁊ ab eccl̄ia determiato tenen
tur cōicare ex obligatiōe ſentētie ſaluatoꝛis
Ioh. vj. Niſi mādu cauerit carnē filij hoīs
nō ba. vi. in vobis. g̊ btā vgo ſi nō cōicaſſet
ſcādaliſaſſet. ſꝫ nō ſcādaliſauit: g̊ cōicauit.
Ad id ī oppoſitū rn̄det Alex. vbi ſ. c. lxxxj.
ꝙ de ſacro altarꝭ recepit btā vgo dn̄ice paſ
ſiōis ſpecialē recoꝛdatōem: deuotōis actua
lis exercitatōeꝫ. Et ꝯ filij abſentiā coꝛpalē ⁊
viſibilē: pſentie filij in hoc ſacramēto ꝯſola/
tionē. Quarto de ſacro penitētie Querit̄
vtrū btā vgo ſacrm̄ penitētie aliqn̄ ſuſcepit
in vera ꝯtritōe: cōfeſſione: ⁊ ſatiſfactiōe. Et
arguit̄ ꝙ non. Nā nunq̄ peccauit: g̊ nunq̄
ꝯtrita fuit. ſed ſine cōtritōne nō eſt gr̄a p ſa/
cramētū pn̄ie. g̊ ipſa nō recepit ſacrm̄ peni/
tētie ⁊ eiꝰ gr̄am. Itē ꝯfeſſio ficta eſt ſine cō
tritione. ergo cū in ea cōtritio locū nō habu
it: nec cōfeſſa fuit. Itē ſatiſfactio ſicut etiā
cōtritio ⁊ cōfeſſio nō eſt niſi de pctō: cum g̊
nunq̄ peccauit nunq̄ penituit. Contra.
Cōfeſſio fuit in lege veteri ⁊ noua de pꝛece/
pto. igit̄ oēs tenebant̄ ⁊ p ꝯn̄s etiam ipa.
Itē pn̄ia eſt pma virtꝰ: vt dicit glo. ſup il/
lo verbo penitētiā agite. Sed beata virgo
habuit oēm gr̄am ⁊ vtutē. ergo ⁊ penitētiā.
Itē btā virgo fecit ꝯfeſſionē operꝭ ſeruan
do cōfeſſionē ⁊ offerēdo oblatōem ſtatutaꝫ
ꝓ peccatricibꝰ purificādis: vt patet Lu. ij. g̊
debuit facere etiā cōfeſſionē oꝛis in noua le
ge. Reſpōdeo ſm Albertū vbi ſ. ca. lxxxj.
ꝙ btā vgo ſuſcepit gr̄as oīm ſacramentoꝝ
vel in ſeipſis vel eq̄pollēti excellēter. Unde
virtutē ⁊ ſacramētum pn̄ie ſuſcepit excellen
tius p̄ alijs viatoꝛibꝰ. quia in alijs actus pe
nitētie reſpicit peccatū quod ineſt vel infu/
it. In virgine aūt bn̄dicta ſine pſentia vl̄ p̄
ceſſione culpe fuit actus pn̄ie. Iſte aūt actꝰ
pn̄ie eſt deteſtatio peccati ſiue nolle peccare
Beata igit̄ virgo habuit ꝓ cōtritione peni
tentiali innocētie cōſeruationem ⁊ ppetuuꝫ
nolle peccare. Itē ꝓ ꝯfeſſiōe habuit gratia
rūactionē. ⁊ ꝓ ſatiſfactōe opeꝝ ſupererogatio
nē. Et per hoc ſolui poſſunt obiecta in con
trarium. Sed circa hec adhuc remanet
dubium: quid beata virgo confiteri potuit
cum nullius peccati cōſcia fuit: que etiā ve
niale nō habuit. Reſpondet Alber. vbi ſu
pꝛa. ꝙ triplex ē cōfeſſio. Una accuſatio pec
catoꝝ. Alia eſt recognitio incōgruitatis et
ingratitudinis beneficioꝝ. Tertia cōfeſſio
inſufficiētie meritoꝝ. Et hec tercia ſolū fuit
ꝓpꝛie btē virginis cōfeſſio: q̄ ꝯfitebat̄ deo ꝙ
tantā gr̄am recepit quā nunq̄ cuꝫ cōdigno
meruit vel oīs creatura mereri potuerit: li/
cet ipſa de cōgruo meruerit. Itē adhuc q̄/
rit̄ qs fuit eiꝰ cōfeſſoꝛ. Et videt̄ ꝙ btūs Pe
trus: qꝛ oꝛdo eſt inter cōfeſſoꝛes ⁊ cōfitētes
Cū ergo beata virgo fuerit ſūma debuit cō
fiteri ſūmo cōfeſſoꝛi et digniſſimo. hic aūt ē
papa. ſꝫ petrꝰ fuit papa ergo petro ē ꝯfeſſa.

Sed cõtra. Supioꝛ platus nõ debet ſe intromittere de adminiſtratiõe ſui inferioris: vtpote archieps de his q̃ ſunt ſui ſuffraga neí:niſi in determiat⁹ caſib9.vt patet extra d offi.iudi.oꝛdi.c.paſtoꝛalis.⁊ ibi in glo. ḡ cũ btã ꝟgo eſſet ſpecial'r btõ Johãni cõmiſſa: ab ipſo debuit recipe ſacramẽta. Cõceden dũ eſt ḡ ꝙ btã virgo pmiſſo mõ cõfeſſionez fecerit btõ Johãni euãgeliſte ſuo ꝓpꝛio con feſſoꝛi.⁊ ab eo accepit ſacramenta poſt filij mortẽ. Hec Alber. vbi ſupra. Quinto de ſacramẽto matrimonij q̃ſtio locũ nõ habet. quia cõſtat ex euãgelio ꝙ ipſa fuit deſpõſa ta Joſeph.⁊ fuit veꝝ matrimoniũ:ſic patu it in li.pmo par.vj.ar.iij.ca.j. Sexto de extrema vnctõe.Si q̃ras vtꝝ eã btã virgo ſuſcepit.breui verbo Rñdet̃ ꝙ ſic:tali rõne quã ponit Alber.vbi s. q2 ſi q̃s totã legem ſeruauerit:offenderit aũt in vno:fact⁹ ẽ oĩm reus Jaco.ij. Sed q̃a extrema vnctio fuit de lege a dño inſtituta ⁊ ab ecclĩa. cum legi tur Mar.vj.ꝙ diſcipulos miſit dñs circũi re caſtella q̃ oleo vngerẽt infirmos vt ſana rent̃.ḡ btã virgo tenebat̃ ad extremã vnctõ nem.⁊ p ↄ̃ñs eã ſuſcepit. De hac re hic bre uiter ptrãſeo ne tediũ ꝓlixitas generet. La tius aũt habes hãc q̃ſtionẽ declaratã lib.x. par.j.ar.j.§.ij.q2 ptinet ad materiã de moꝛ te ⁊ obitu Marie. Septimo de ſacramẽ to oꝛdis: ſi q̃ras. Rñdet̃ ſm Alber.vbi ſup ꝙ hoc ſolũ ſacramẽtũ btã virgo nõ recepit. nec ei⁹ caracterẽ habet. Et hoc ideo.q2 con gruit eã hoc nõ recipe. Primo ꝓpter ſtat⁹ ſui cõtrarietatẽ. Sacramẽtũ eñi oꝛdis ſm exte rioꝛẽ reputatõem hoĩm q̃ndã pꝛefert digni tatẽ. Interi⁹ aũt ſm veritatẽ hũilẽ ptinet ad ſeruitutẽ. Unde ↄtrariũ erat et opponebat̃ ſtatui btẽ virginis q̃ interi⁹ ſummã corã do habuit dignitatẽ:exterius ꝟo ſummã coꝛaz hoĩb9 habuit hũilitatẽ. Secũdo nõ ↄgru it recipe ꝓpter humilitatẽ ⁊ aliaꝝ mulierum cõfoꝛmitatẽ:qm̃ mulieres ab hoc ſacramẽ to excludunt̃ ꝓpter ſexus indignitatẽ:maio rẽ peccãdi fragilitatẽ: ⁊ ꝓpter eaꝫ que ex his ſequunt̃ regiminis incõgruitatẽ. Sed foꝛ te obijciẽdo dicas.ꝙ ex hoc ſequit̃ ꝙ beata virgo non fuerit gratia plena.q2 hac gratia ſcꝫ ſacramẽti oꝛdis caruit. Rñdet̃ ſm Al ber.ibidem ꝙ licet virgo btã hoc ſacramen tũ nõ receperit.nihilomin⁹ tñ q̃cq̃d digni tatis vel gratie in ipſo ſacramento cõfert̃ de hoc plena fuit ⁊ ſupexcellẽter habuit: vt pa tet inductiue. Nam in hoc ſacramẽto ↄfert miniſtris eccleſie coꝛona in ſignum bñficia lis dignitatis.ſed btã virgo habuit coꝛonã dignitatis:nõ tm̃ ſup militantẽ: ſed ⁊ ſup to tã triũphantẽ eccleſiã. Itẽ ſupmus iſtoꝝ mi niſtroꝝ eccl'ie q̃ oꝛdinant̃ eſt papa:q̃ appella tur ſeru⁹ ſeruoꝝ dei. Ipſa aũt virgo benedi cta eſt regina ⁊ dña pape ⁊ oĩm angeloꝝ ac totius mũdi. Itẽ in miſtris iſtis eſt ptãs de legata a deo vel ſubdelegata a vicario. In ipſa aũt virgine btã eſt poteſtas celeſtis ple niſſima ⁊ perpetua ex autoꝛitate oꝛdinaria. Itẽ in miſtris eccleſie eſt executio ligãdi at ꝗ ſoluendi p vſum clauiũ ⁊ miniſteriũ. In ipſa aũt dñandi poteſtas ad ligãdũ et ſoluẽ dũ p imperiuꝫ. Deniq3 miniſtri eccleſie hñt poteſtatẽ ⁊ papa plenitudinẽ ptãtis tm̃ i vi ta iſta et nõ in celo nec in purgatoꝛio nec in inferno. Beata aũt virgo habet ptãtis ple nitudinem in vita iſta:in celo:purgatoꝛio:⁊ inferno. Et ſic patet. Uñ Berñ. Data eſt ti bi ptãs o Maria in celo ⁊ in terra: vt q̃cq̃d velis valeas efficere. Manifeſtum eſt ḡ nil dignitatis ⁊ grẽ q̃ eſt in ſacramentis deeſſe in virgĩe:ſed eã hoc totũ vel in ſe vel in eq̃ pollẽti: vl' excellẽti plenarie poſſediſſe. Hec Albert⁹. O igit̃ ꝟgo ſuphñdicta.o dña glo rioſiſſima.o excellentiſſima femina Maria dulciſſima:quis mente cõpꝛehẽdere.q̃s lin gua ſufficiat explicare tuas dignitates: gra tias ⁊ virtutes? Quis te digne q̃at laudare ſi mille oꝛa:ſi decẽmilia lingue vniuiq3 no ſtrũ foꝛent te laudãdo nõ poſſemus ſufficiẽ ter ⁊ q̃ntũ ex eq̃ debemus collaudare. Hoc ſolũ o pijſſima ꝟgo vnica ſpes noſtra ⁊ cõ ſolatio coꝛdis nr̃i dulcis dña te depcamur: hoc ſolũ ſuppliciter expoſcim⁹: vt apud tuũ dulcẽ natũ.apud amãtiſſimũ ieſum quẽ no bis ſaluatoꝛẽ edidiſti:mereamur tuis pcib9 ineffabilis tue ⁊ eius gloꝛie fieri participes Amen.

Articulus tercius de regulis ſanctitatis quas ſingulas ⁊ omnes in ſumma pfectiõe obſeruauit beata Maria q̃diu vixit.

Terciũ miſteriũ p hac pte declarandũ ẽ regula ris obſeruatõis Nã ſi volumus agnoſcere ſanctitatem vite btẽ virgis q̃ no bis in exemplũ imitãdi pponit̃: clareſcit ex

cõſideratõe regularũ obſeruãdaꝝ q̃ neceſſa
rio reqrunt̃ ad vite hũane ſctitatem ſm ſa-
cre ſcripture ⁊ doctoꝝ catholicoꝝ rudimen
ta. Accipe aũt poſſum⁹ et diſtinguere hic
xij. regulas ſctitatꝭ: ⁊ diuidẽdo in q̃tuoꝛ ter
narios ponere ſm ꝙ eaꝝ ꝓme tres regľe ac
cipiunt̃ ex v̄bis Dauid pſalmiſte. Alie tres
a Criſoſto. Alie q̃ꝫ tres ſupaddite accipiun
tur a Bern̄. Ultime v̄o tres tradunt̃ a ſan
ctis ſimul Grego. Bernardo et Richar. de
ſancto vic. vt patebit intuẽti. Has q̄ppe ſan
ctitatis regulas ſumma ꝑfectõis p̄eminen-
tia obſeruauit bñdicta virgo. His vita ei⁹
occupata tota extitit ſctitate plena et ꝓ his
atq̄ꝫ cum ipſis oĩbus in exemplũ ſanctitatꝭ
data: coꝛona ſtellaꝝ duodecim eius ſacratiſ
ſima vita extat gľioſa. Capitulũ. I.

Pro pꝛimo igit̃ ternario dixi: ꝙ ſan-
ctus Dauid ſpũſctõ dictante tra-
dit tres p̄cipuas regulas ſanctitatꝭ
obſ̄uãdas fidelib⁹ cũ dicit p̄s. xxxiij. Quis
hõ qui vult vitã diligit dies videre bonos.
⁊ pluribꝫ verbis vnã ſñiam complectẽs: di
uerte inq̃t a malo ⁊ fac bonũ: inq̃re paceꝫ et
ꝑſeq̃re eã. Ecce tres ꝓme regľe ſctitatꝭ patẽt
Prima regula ꝯſiſtit in mali declinatõe.
Secũda in arduoꝝ bonoꝝ exercitatõe.
Tercia ĩ aduerſoꝝ patiẽti toleratõe.
Prima itaq̄ꝫ regula ſctitatis eſt in maloꝝ. i.
peccatoꝝ declinatõe. Unde dꝛ a dauid: de
clina a malo. Malũ em̄ culpe ⁊ pctĩ ꝯtrari
atur btĩtudini ⁊ felicitati ſctitatis ⁊ gr̄e. ⁊ ſõ
ſimľ ineſſe nõ pñt. Hinc ꝑ Eſa. ca. j. clamat
dñs. Quieſcite agere ꝑuerſe diſcite bñ face
re. Ad id facit. j. q. j. c. dñs. vbi habet̃ ꝙ ſã
ctitas innocẽtie tm̄ bonis conuenit. qm̄ vt
habet̃. xxiij. q. iiij. Quãt⁹: mali ſunt zizania.
boni aũt ſunt triticũ. g̃ ꝑ ſñiam datã a ſalua
toꝛe Math. xiij. Alligate inquit zizania ad
cõburẽdũ. triticũ aũt congregate in hoꝛrea
mea: ſequit̃ ꝙ malus nõ põt q̄ꝫdiu mal⁹ eſt
eſſe ſctũs ⁊ ſaluãdus ſed dãnãdus. Quã
obꝛẽ Areſt. j. Ethi. Felix inquit eſt q̇ ſine vi
tuperio mali eſt. Et. vij. Ethico. ait Homi-
nes dij participatiue dicunt̃ ꝓpter v̄tutꝭ ex-
cellentiã. homo v̄o prauus peioꝛ ⁊ crudeli-
oꝛ eſt omni beſtia. Hec ille. Unde qui vult
ſanctus eſſe ⁊ felix: hoc ꝓmũ req̃rit̃ vt decli
net a malo ⁊ agat pñiam de pctõ. iuxta illõ
ſaluatoꝛis ꝓmam p̄dicatõnem Math. iiij.
Penitentiã agite appꝛopinquabit regnum
celoꝛũ. Primã hãc regulã bñdicta virgo
excellentiſſime obſeruauit. qꝛ nunq̄ꝫ in tota
vita ſua peccauit etiam venialr̃ ꝑ Auguſti-
nũ ⁊ Bern. Et ꝑſuadet̃ ꝑ rõneꝫ ſm Alber.
ſuꝑ miſſus eſt. ca. clxxviij. talẽ. qꝛ nullũ etiaꝫ
veniale vel oꝛiginale pctm̄ eſt gr̄a. g̃ vbi ali
q̇d de pctõ eſt ibi aliq̇d vacuũ de gratia eſt.
Cum ergo beata virgo fuerit gratia plena:
teſte angelo Lu. j. ergo nil de peccato fuit in
ea. Secũda ſanctitatis regľa eſt in ardu
oꝛũ oꝑatione Unde ſubdit Dauid: ⁊ fac in
q̇t bonum. qm̄ vt dicit Greg. in omeľ. de cõ
feſſoꝛibꝫ. Min⁹ eſt malũ nõ agere: niſi etiaꝫ
q̇ſq̄ꝫ ſtudeat ⁊ bonis oꝑibꝫ inſudare. Se
cundã hanc regulã obſeruauit bñdicta vir
go Maria in ſummo. qꝛ totaꝫ ſuam vitam
expẽdit in oꝑe bono. vt em̄ de ea ſcribũt cõ
coꝛditer Epiphani⁹ Germanus ⁊ Ignaci⁹
atq̄ꝫ Hieronim⁹ in epiſtola ad Cromaciuꝫ
⁊ Helindiũ hãc regulã virgo beata in tota
ſua vita ſibi ſtatuerat vt hoꝛa matutina q̃ti
die ſurgeret ⁊ vſq̄ꝫ ad mane ꝯtinue atq̄ꝫ in-
ceſſanter oꝛaret. Ab auroꝛa cogitabat de fi
lio ſuo oĩa miſteria. ſ. cõceptionis: natiuitatꝭ
baptiſmi: ieiunij: paſſionis: ſepulture: reſur
rectõis: aſcẽſionis ⁊c̃. et gr̄as agebat deo de
tã pia liberatõe humani generis. Illuceſcẽ
te die vſq̄ꝫ ad terciaꝫ: loca miſterioꝝ xp̄i ꝓpe
hieruſalẽ exiſtẽtia vel intra deuotiõe ſedula
actu viſitabat. A tercia v̄o vſq̄ꝫ ad nonam
hoꝛã textrino oꝑi ſe occupabat. Fert̃ Uien
ne eſſe vnus cingulus quẽ ipſa dicit̃ texuiſ-
ſe. et qui eum viderunt narrant nunq̄ꝫ illo
pulcrioꝛeꝫ videri potuiſſe. Item a nona ab
oꝛatiõe nõ recedebat q̇uſq̄ꝫ illi angelus ap-
pareret ⁊ eſcã afferret quã ſolebat de manu
eius accipe cum gr̄aꝝactiõe. Nec mirũ ẜ
qm̄ ſi filios iſrael deus pauit manna. xl. an
nis in deſerto angelicis manibꝫ p̄parato. et
Helyã aſcẽdentẽ in mõtẽ Oreb. q̃nto magꝭ
illud credendũ eſt de v̄gine matre. Eſca igi
tur quaꝫ virgo de manu angeli accipiebat:
ipſa reficiebat̃. que v̄o a pontificibꝫ accipie
bat paupibꝫ erogabat. ſꝫ ⁊ q̇cq̇d laboꝛe ma
nuũ acq̇rebat paupibus diſtribuebat. Se
dulius q̃ꝫ dicit ꝙ iuxta lectuli ei⁹ caput erat
vna ſedes vbi libꝛi ſancti ſtabant quibus
ſomnũ interrũpens ſepeſepi⁹ legebat. Erat
ibidem ⁊ oꝛatoꝛiũ vbi iugiter oꝛatõi ⁊ cõtẽ-
plationi inſiſtebat. Unde patet qꝛ nullũ fu
it tempus: nulla hoꝛa: quin vtiliter in di ſer

initio ꝛ merito acquirẽdo nõ foret occupa-
ta. Tercia regula ſctĩtatis eſt in aduerſo
rũ patiẽti toleratõe. ideo Dauid: inq̃re inq̃t
pacẽ. Nimiꝝ patiẽtia opꝰ ꝑfectũ habet Ja
cobi. j. Gregoriꝰ Sanctoꝝ inq̃t vita in ad-
uerſis tolerãdis agnoſcit: dicẽte ſaluatore.
In patiẽtia veſtra poſſidebitis aĩas vr̃as.
Lu. xxj. Iſtã regulã btã virgo in ſummo
ſeruauit: qm̃ eiꝰ patiẽtia inuincibilis fuit ab
omni malo. Et q̃s cogitare ſufficiat q̃ntum
dolorem patiẽtiſſime ſuſtinuit cũ filiũ ſuum
pati vidit: cuiꝰ doloris gladius aĩam eiꝰ per
trãſiuit. Nullũ vl' minimũ ꝟbum impatiẽ-
tie in ea reperit que tñ vnica oratõe crucifixo
res ſui nati: ſi libuiſſet: occidi a deo meruiſ-
ſet. Si q̃ppe Helias vno ꝟbo meruit vt de
ſcẽdat ignis de celo ꝛ cõſumat q̃nq̃genariũ
ꝑncipem ꝛ q̃nq̃ginta q̃ cũ eo erãt. mlto for-
tiꝰ id efficere potuiſſet dei mater. Sed q̃d.
ꝑlege euãgelicã hyſtoriam ꝛ certe nõ inueni
es eam de paſſiõe ſui vnici reclamãtem. nõ
vindictã exorantẽ: nõ vel minimo ꝟbo con
tradicentẽ. O feliciſſima patiẽtia Marie et
eius filij dñi Jeſu q̃ vita data eſt mũdo. O
peccator ſtude imitari eorum pietatem: mi-
titatem: patientiã: ꝛ manſuetudinem ꝛc.

Capitulum. II.

Accipiamus ſecundũ ternariũ in q̃
ponunt̃ alie tres regule ſctĩtatꝭ ſm
Criſoſt. dicẽtẽ ſuꝑ Math. Tria ſũt
inquit potiſſima que ſanctificant hoĩes. ſcꝫ
cordis mũdicia. bonorum opeꝝ affluẽtia: fa
ctoꝝ vicꝫ intẽtione recta. ꝛ ſpũſſancti p̄ſen-
tia. Ut igit̃ ad p̄miſſa tria continuemus
Quarta regl'a ſctĩtatis ꝯſiſtit in munda et
ſancta affectõe cordis atq̃ꝫ cogitatõe. vt ſcꝫ
ad nil terrenũ: nil carnale afficiatur cor vbi
maculet̃ coꝝ amore. Hinc ꝑ Eſaiã dñs cla
mat ca. j. Lauamĩ mũdi eſtote. Auferte ma
lũ cogitationũꝫ veſtraꝝ ab oculis meis. Et
ſaluator mũdo cordi viſionẽ dei repromit-
tit dicẽs Math. v. Beati mũdo corde qm̃
ipſi deum videbũt. Et rõ huius regule elici
tur ab Auguſtio ſuꝑ canonica Johis ca. j.
dicẽte. Talis ẽ vnuſquiſq̃ꝫ q̃lia amat. ſi ter-
rã diligis terra es. ſi celũꝫ diligis celum es.
ſi deũ diligis: ñ ego tibi dico q2 deꝰ es: ſꝫ au
di pſalmiſtã dicẽtem. Ego dixi dij eſtis ꝛc.
Hec ille. Hanc regulam quãta diligentia
obſeruauerit virgo bñdicta claret ex ꝟbis
Ambroſij li. de virginitate dicẽtis. Quid in

quit nobilius matre dei. quid ſplendidiꝰ ea
quam elegit ſplẽdor eternus. quid caſtiꝰ ea
que chriſtũ ſine cõtagione generauit: virgo
erat nõ ſolũ corpore ſed ꝛ mẽte: q̃ nullo doli
ambitu ſincerũ vulneraret affectũ. Et iteꝝ
Cogitatões inquit bonas ꝟgo ſemꝑ comi-
tes habebat: corde erat humilis: verbo gra
uis: aĩo prudẽs: loquẽdi parcior: legendi ſtu
dioſior: intẽta operi: verecũda ſermone: deũ
ſolum ſolita q̃rere ꝛ pleno corde diligere ꝛc
Deniq̃ꝫ hoc idẽ claret ex verbis Anſel. dicẽ
tis ꝙ ipſa tanta puritate nitebat qua maior
ſub deo neq̃t intelligi. Quinta regula ſan
ctitatis eſt in recta ꝛ ſctã intẽtõe qua homo
regulat̃ in omni bona opatõe. Nam vt di-
cit ſaluator Math. vj. Lucerna corꝑis tui
eſt oculus tuꝰ. ſi oculus tuus ſimplex fuerit
nõ habẽs aliquã ꝑtẽ tenebraꝝ: erit corpus
tuũ lucidũ totũ. Si ꝟo oculus. i. intentõis
nequã fuerit: totũ corpus tuũ. i. totũ opꝰ te-
nebroſum erit. Huic cõcordãt iura. xlj. diſt.
Quiſquis. Et. xxiij. q. v. Cũ miſter. vbi ha-
bet̃ ꝙ intẽtio finem operi imponit. Intẽtio
nẽ em̃ reſpicit deꝰ pluſq̃ꝫ actꝰ. v. q. v. Si ſa-
cerdotibꝫ ꝛc. Et huic ꝯcordat ꝟbum phi. ij
Thopicoꝝ. vbi dicit. Cuiꝰ finis bonꝰ ipm
quoq̃ꝫ bonũ. ꝛ cuiꝰ finis malus ipm q̃ꝫ ma
lum. ꝓpterea aplus hortat̃ dicẽs Oĩa in lau
dem dei faciatis. Hãc regulã virgo beata
ſumoꝑe obſeruauit vt in oĩbꝫ nõ niſi dei ho
norẽ quereret ꝛ intenderet: vt de ea teſtatur
Ambroſiꝰ libro de virginitate. Sexta re
gula ſanctitatis eſt in gratie ſpũſſctĩ influi-
tione: Sine nanq̃ꝫ gr̃a ſpũſſancti nõ habet
hõ ſctificari. teſte apl'o. ij. Coꝝ. iij. Nõ ꝙ ſuf
ficientes ſimꝰ aliq̃d cogitare ex nobis tanq̃ꝫ
ex nobis. ſed oĩs noſtra ſufficiẽtia ex deo eſt
Nimiꝝ vt habet̃ de cõſe. diſt. iiij. Placuit.
Sine gr̃a dei nec mãdata eius impleri poſ
ſunt. Et diſ. xl. Quelibet: dr̃ ꝙ ſine gratia di
quãtũlibet occulta loca aĩam ſaluare non
poſſunt. q2 ꝛ de paradiſo hõ et de celo an-
gelus peccãdo cecidit. Hec ibi. Qui vult g
ſanctus eſſe ſtudeat in hac vita dei gr̃aꝫ ſol
licite q̃rere et cõſeruare. Hanc regulã ſum
ma p̄minẽtia in ſua tota vita ſeruauit bea-
ta ꝟgo. q2 gr̃a plena fuit.

Capitulum. III

Tercium ternarium regulaꝝ ꝓducã
mus: ĩ quo ſuꝑaddunt̃ tres alie re-
gule ſanctitatis ſm deuotũꝫ Berñ.

Quaꝝ ꝓma ⁊ in oꝛdie ad ꝑmiſſa Sep-
tima regula ſanctitatꝭ eſt in ſobꝛij vict⁹ ob-
ſeruatõe. Nam vt habeť de cõſe. diſt. v. ca.
Ne tales. gula nil celeſte ꝑmittit homi co-
gitare. ꝓpterea ſaluatoꝛ Lu. xxj. dicit. Attẽdi
te vobis ne foꝛte grauenť coꝛda veſtra cra-
pula ⁊ ebꝛietate. Hinc ⁊ Petrus. j. cano. ca.
v. clamat di. Fratres ſobꝛij eſtote ⁊ vigilate
qꝛ aduerſari⁹ veſter diabolus ⁊c̃. Hãc cer
te regulã ſobꝛietatis obſeruauit btã virgo ĩ
oĩbus tꝑatiſſime ſe habendo: vt teſtať Am
broſi⁹ libꝛo de virginitate dicens ſic. Quid
exequar: ciboꝝ parſimoniã: officioꝛũ redũ-
dantiã. alteꝝ vltra naturã ſupfuiſſe ſcʒ ĩ ma
ria. alteꝝ ipſi pene nature defuiſſe. illic nul-
la intermiſſa tꝑa. hic ꝯtinuata ieiunio dies.
⁊ ſi qñ ſucceſſiſſet reficiẽdi volũtas: cibꝰ ple
rumq̧ obui⁹ fuit q̇ moꝛtẽ arceret: nõ q̇ deli-
cias miniſtraret. Doꝛmire illi nõ prius cupi
ditas q̃ neceſſitas fuit. et tñ cũ q̇eſcebat coꝛ
pus: vigilabat anim⁹: q̇ frequẽter ĩ ſomnis
aut lecta repetit aut ſomno interrupto cõti
nuat: aut diſpoſita gerit: aut gerẽda ꝓnũci-
at. Hec Ambꝛo. Ecce quãta ſobꝛietas ma-
rie. ¶ Octaua regula ſanctitatis eſt in cha-
ritatis affectione. Charitas eñ eſt ſine qua
nec fides: nec iuſticia: nec bona oꝑa valent
ad ſalutẽ. vt patet. xxiiij. q. j. vbi. ⁊ c. odi. et c.
ſe. Et de pe. di. v. §. Itẽ hec ẽ charitas. Vñ
aplus. j. Coꝛ. xiij. Si linguis hoĩm loq̃r ⁊
angeloꝝ: charitatẽ autẽ nõ habeã fact⁹ ſum
velut es ſonãs. Propterea Berñ. ſuꝑ canti
ca ſer. xxviij. dicit. Quãtitas ſanctitatꝭ vicʒ
cuiuſq̧ aĩe extimať ad mẽſuraʒ charitatis
quã habet: vt q̃ multũ habet charitatꝭ: ma-
gna. que parũ: ꝑua. que nil: nihil ſit. Hanc
regulã benedicta virgo in ſummo ſeruauit.
quia ſumme deũ dilexit ⁊ ꝓximũ ꝓpter deũ.
vt patebit infra cum de eius charitate ageť
ġ ſumme ſanctiſſima fuit. ¶ Nona regula
ſanctitatis eſt in humilitatꝭ fundatõe. iuxta
illud Lu. xvij. Cũ feceritis oĩa q̃ ꝑcepta ſũt
vobis: dicite. ſerui inutiles ſumus. Et iterũ
ca. xviij. Qui ſe hũiliat exaltabiť. Hugo de
humilitate. Ille maioꝛ in celo qui humilioꝛ
in mũdo. Btã virgo ſũme hũilis fuit: ꝓpter
qđ et ſũme deo placuit vt mr̃ fieret dei. ipſa
teſte Luce. j. Reſpexit humilitatem ancille
ſue ⁊c̃. ¶ Capitulum. IIII.

Accipe vltimũ ternariũ regulaꝝ ſan
ctitatis ſm̃ Richardũ. Berñ. Gre-
goꝛiũ atq̧ alios ſacros doctoꝛes. Quaꝝ ꝓ-
ma ⁊ in oꝛdine ad ꝑdicta Decima regula
eſt in ꝓximoꝝ edificatõe. Richar. Opoꝛtet
inquit hoĩeʒ ſanctũ etiã ad eos q̇ foꝛis ſunt
debite eſſe oꝛdiatũ. vt iuxta dictũ apl'i. Pro
uideamus bona nõ ſolũ coꝛã deo: ſed etiaʒ
coꝛã hominibꝰ Ro. xij. ſcʒ habẽtes edifica-
toꝛiã cõuerſatõem. Nam vt habeť. v. q. vij
§. Paulus. Parũ eſt in ſe a fide nõ exoꝛbi-
tare: ⁊ alios exẽplo vel ꝟbo eijcere. Et iterũ
xj. q. iij. ꝓcipue. dicit Grego. Tot moꝛtibus
digni ſũt ꝑlati: etiã ſi ꝑuerſa nunq̃ ꝑpetrãt:
quot ad ſubditos pꝛauitatis exempla tranſ
mittũt. Hinc Areſt. v. Ethi. dicit Optim⁹ ẽ
q̇ nõ ſolũ ad ſe vtiť virtute ſed etiã ad alios
Peſſimus aũt eſt q̇ nõ ſolũ vtiť malicia ad
ſe ſed etiã ad alios. Hec ille. ¶ Bñdicta vir
go nunq̃ aliquẽ ſcãdaliſſauit. qꝛ vt dic̃ Am
bꝛo. li. de virginitate. Nil inq̇t toꝛuũ ĩ ocul'
Marie. nil ꝓcax in verbis. nil in actu vere
cundũ. Nõ geſt⁹ fractioꝛ: nõ ingreſſus ſolu
tioꝛ: nõ vox petulãtioꝛ: vt ipa coꝛꝑis ſpẽs ſi
mulacrũ fuerit mẽtis ⁊ figura ꝓbitatis. Itẽ
Hiero. in epiſtola ad Cromaciũ ⁊ Heliodi
um di. Hãc iraſcẽtem nullus vidit: hãc ma
ledicentẽ nullus audiuit. oĩs act⁹ et oĩs ſer-
mo eius ita erat gr̃a plenus vt cognoſcereť
in eius lingua deus. Deniq̧ ipſa ꝓxios edi
ficauit ⁊ eis ꝓfuit informatione boni. q̇a vt
dicit Hiero. vbi ſupꝛa. Sollicita erat ma-
ria circa ſocias ſuas: ne aliqua ex eis in ali-
quo ſermone peccaſſʒ. ne aliq̃ iniurioſa aut
ſuꝑba circa parẽ ſuam exiſteret. Sine inter
miſſiõe bñdicebat deũ. Et ne foꝛte in ſalu-
tatõe ſua a laudibꝰ dei tollereť: ſi q̇s eã ſalu
tabat: illa pꝛo ſalute deo gr̃as rñdebat. Ab
ipſa nẽpe ꝓmũ ꝓceſſit vt dũ ſalutanť hoĩes
ſcti deo gr̃as dicãt. Quotidie videbanť an
geli loq̇ ei ⁊ q̃ſi chariſſimi obtemꝑabant ei.
hec Hiero. Preterea eius vita inclita cũ-
ctas illuſtrat eccleſias. ſ. exemplo edificatõ
nis. vt canit eccleſia. ¶ Vndecima regl'a ſã
ctitatis eſt in oĩm virtutũ decoꝛatõe. Vnđ
Berñ. Quãtũlibet te affligaſ: quãtũlibet te
crucies nõ dabit tibi copiã ſui dñs virtutũ
niſi fueris virtutibꝰ adoꝛnatus. Hec ille.
Hinc aplus. j. Coꝛ. iiij. Non in ſermone ẽ
regnum dei ſed in ꝟtute Nec ſufficit vnam
tm̃ habere ꝟtutũ: ſed oẽs. vt oĩa vitia ĩpu-
gnenť. Sicut eñ miles mundi nõ eſt expe
ditus niſi oĩa arma habeat: ita nec miles

chriſti ſi aliqua virtus ſibi defuerit. Unde Gregori⁹.xij.li.moral'. Una inquit virtus ſine alijs aut oīno nulla eſt:aut imperfecta. Et Tulius in .ij.de tuſculanis q̄ſtionibus dicit. Si vnā virtutē cōfeſſus es te nō habere:nullā neceſſe eſt te habiturū. Hec ille.

Bn̄dicta virgo ſup oēs excellētiſſime oībꝫ virtutibꝫ pollebat.vt oſtendet̄ pte.ij.hul⁹li. ergo ipſa ſctiſſima erat. Hiero. Si diligenter attēdas:nil eſt virtutꝫ: nil ſplendoris: nil gr̄e:nil cādoris qđ nō ſplēdeat in maria.

Duodecima regula ſctitatis in finali pſeueratiōe.qꝛ vt dicit Greg.j.li.moral'. Incaſſum bonū op⁹ agit̄:ſi ante finē vite deſerat̄. nō em̄ qui incipit ſed q̄ pſeuerauerit hic ſaluus erit Matth.xviij. Unđ Bern̄.in ep̄la cxxviij.dicit. Sola eſt pſeuerantia cui eternū pmittit̄ premiū: ſine qua nemo videbit deum. Bn̄dicta virgo Maria inflexibiliter vſq̧ ad mortē adheſit bono ⁊ pſeuerauit in plenitudine gr̄e.ergo claret ꝙ ip̄a ſanctiſſima fuerit. O itaq̧ fidelis aīa ſtude imitari Mariā ſi vis ſctificari. ſi vis cōregnare ei. Ne dimittas legē vite eius vt addatur gr̄a tuo capiti. Pro ſimpliciū aūt ⁊ ruralium auditorū informatione ⁊ edificatiōe libeat final'r poni hic vnū exemplū: qđ ptim accipio ex libro q̄ dicit̄ ſpeculū virgīs Marie:partim ꝟo ex pmptuario diſcipuli exemplo.xxij.in hoc opere cōbinatū. Miraculum Erat nāq̧ quedā deuota pſona que

Nota

deuotione ſedula orabat virginē Mariam vt ſibi reuelaret qualiter ipſa in ſua vita deum orabat ⁊ illi placere ſtudebat atq̧ gr̄am ſummā corā eo acq̄rebat:q̄tin⁹ imitādo eaꝫ mereret̄ ⁊ ipſa beate ꝟgini cōformata gr̄am magnā vtcūq̧ corā deo inuenire. Quadaꝫ ergo vice beata virgo ſibi apparēs reuelauit dicēs. Cum inq̄t eſſem adhuc tenera in etate:ſurgebā in noctis medio ⁊ in tēplo pcūbens:iſta orabā. Primo vt oīpotens de⁹ daret mihi gr̄am ꝙ eius p̄cepta p oīa implere poſſim:⁊ in oībus eius volūtatem facere:atq̧ amare omnia que ipſe amat ⁊ odire oīa que odit. Secūdo petebam ꝙ deū ſup omnia diligerem: ⁊ pximū ſ̄m ſuā volūtatem amarē.ſciebam em̄ ꝙ ab amore eius oīs gratia deſcēderet:nec aliqua virtus ſine eius dilectōe ineſſe poſſet. Tertio petebā humilitatem:patientiā:benignitatē: caſtitatem:⁊ oēs virtutes vt ſibi placere mag̃ poſſem. Quarto petebā vt mererer videre tēpus in quo virgo filium dei p generis hūani redēptiōe naſciturū parere haberet et portare:vt poſſem ei ſeruire ac xp̄m verū dei filium in eius gremio adorare. Hoc intellige ſ̄m chriſti incarnatōem ex ea factaꝫ.quia ꝓpter humilitatē nimiaꝫ ipſa btā Maria nō reputabat ſe eſſe dignā ad id vt ipſa foret illa dei genitrix virgo. Poſtea aūt ꝙ chriſtuꝫ peperit id nō petiuit:ſed gr̄as egit quia ipſa mater dei fieri meruit q̄ p paſſionē mūdum redemit. Inſup petebā inq̄t vt vniuerſū populū ad ſuum ſeruitiū cōſeruaret. Et addidit ꝙ oēm gr̄am et ꝟtutem excepta gratia ſanctificatōis nō ſine inquit labore acquiſiui:ſed cōtinua orōne ⁊ ardenti deſiderio pfunda humilitate et deuotione:multiſq̧ lachrimis ac multa corpis afflictione pfecte poſſedi. O igit̄ đuota anima ſtude p̄miſſis modis ⁊ tu deū exorare ſi vis in gr̄a pficere.p̄ter id ſolum ꝙ p eius quarta petitione ſtude gratias deo agere ⁊ orare vt ipſaꝫ virginem benedictā in celo valeas cuꝫ filio ei⁹glorioſa viſione intueri. Item paupcula quedā ambas ſuas filias in obſequiū ⁊ imitatione beate ꝟgis in his p̄tactis ⁊ alijs deuotionibꝫ ſilibꝫ ab infantia diligenter tradidit ⁊ corā altari beate virginis eas ducens recōmendauit dicēs. O dn̄a has duas filias meas mūdas ⁊ te imitātes offero:tu ſis eaꝝ mater ⁊ ꝯſeruatrix.quaꝝ etiā man⁹ manibus imaginis btē virginis cōiunxit in argumētū deuotōis. Quibꝫ mox domū remeantibꝫ Ecce iuuenis ſplēdido vultu ⁊ habitu apparuit p̄ foribꝫ ⁊ centū libras eis dedit quibꝫ ſuā pauptatē p q̄tidiano victu ſubleuarent. Ecōtra emuli vicini ꝯcitati contra eas famare ceperūt ꝙ eſſent male et amaſiarū meretricio victitarent. Ille ſe recōmēdarunt beate ꝟgini vt tanq̧ pia eaꝝ mr̄ eis in iſta infamia ſubueniret. Un̄ in q̄dam ſolēnitate beate Marie in p̄ſentia oīm in eccleſia angelus xp̄i deſcēdit de celo ⁊ ſerta florū eis dedit di. Hec ſerta mater veſtra btā virgo Maria in argumētum veſtre virgitatis tranſmiſit.⁊ ſic ab infamia liberate ſunt. Inſup p̄nceps illius terre ⁊ oīs ꝓplus miraculo ſtupefacti duo monaſteria ſanctimonialiū cōſtruxerūt in honorem beate marie et magnifice dotauerūt et eaſdem duas ſorores illis monaſterijs duobus p̄fecerunt.

vbi multe virgines degẽtes ꝛ vitã Marie
btē imitãtes ac deuotionē: ad celeſtia regna
feliciter migrauerũt. Ecce igiᷓ ꝙ piũ ꝛ ſan-
ctum eſt imitari btãm virginē in caſtitate et
oratõe deuota. vt in eiſdem ſanctis opibꝫ ꝑ
ficias q̈bꝫ ipſa ꝑfecit: in eis ꝟtutibꝫ deo pla
ceas et ſine fine cum ipſa in celo gaudeas.
Amen.

¶ Pars ſecunda libri ſeptimi de virtutum
precelſitudine qua beata Maria ꝑfulſit ſu
per oēs creaturas in omni ꝑfectione actõis
et contemplationis.

# M Vlte filie cõgre

gauerũt diuitias: tu ſupgreſſa es
vniuerſas. Prouer. vl. ca. Quibꝫ
in verbis bñdicta virgo Maria dei mater
digniſſima cõmẽdaᷓ. ¶ Primo q̈dem a di-
uitiaꝝ ſpũaliũ opulẽtia: quas diuitias mul
te filie. i. ſancte anīe congregauerunt. Sunt
nãqꝫ diuitie quedã tꝑales que danᷓ bonis
et malis. Bonis ad ſuſtẽtationē ꝛ meritoꝝ
cumulationē ꝑ earũ ꝑ chriſto erogationem
vt dicit Ambroſiꝰ. Malis ꝟo ad remũera
tionē. iuxta illð Math. vj. Receperũt mer-
cedem ſuam. Alie ꝟo ſunt diuitie ſpũales
q̄ ſunt dona ꝛ virtutes: gratia ꝛ bonoꝝ ope
rũ merita ac gloria q̄ poſſeſſores ſuos vere
faciũt diuites. Grego. Si diuitias amatꝭ ꝛ
vere fratres diuites eſſe cupitis: veras diui
tias amate. Primas ſancti cõtemnũt diui-
tias. i. tꝑales. Secũdas ꝟo cõgregare toto
conamine ſatagũt: de quibꝫ verba pãſſum-
pta dicũt. Multe filie cõgregauerunt diui
tias: quas ꝛ bñdicta Maria ſtudio conti-
nuo in vita cõgregauit. ¶ Secũdo quoqꝫ
cõmẽdaᷓ a ſingulari excellentia: cum ſubdiᷓ
Tu ſupgreſſa es vniuerſas. Vere ipſa vir-
go beatiſſima ſupgreſſa ē vniuerſas donis
et ꝟtutibꝫ: dignitate: meritꝭ: grã: ꝛ glía. vt po
te regina ꝛ dñã oīm angeloꝝ ꝛ hoīm: mater
gratie ꝛ miſcðie: virgo virginũ: in quã teſte
angelo Luce. j. ſpũſſanctus ſuperuenit id ē
ꝑ aliȷ̃s venit: ꝛ virtꝰ altiſſimi eam totã obũ-
brauit. ¶ Locuturi itaqꝫ ad p̃ſens de excel-
lentia meritoꝝ ꝛ ꝟtutũ btē Marie quas in
vita ſumma perfectionis altitudine habuit
tria myſteria declarabimus.

Primũ de excellẽtia externe actionis
Scðm de excellẽtia interne ꝯtẽplatõis.
Terciũ de excellẽtia virtuoſe ꝑfectiõis.

Articulus primus de excellentia merito
rie oꝑationis externe ſiue vite actiue beate
virginis Marie.

# C Irca primũ de

vita actiua Marie ꝛ excellentia
oꝑatõis eiꝰ externe: queriᷓ Vtꝝ
bñdicta virgo maria p̃cellat oīm alioꝝ ſan
ctoꝝ merita in oꝑatõe externa ſiue vita acti
ua. ¶ Nã argui poteſt ꝙ nõ. qꝛ ipſa fuit cõ-
templatiõi diuīe totaliter dedita. iuxta illud
qð de ea caniᷓ ab eccleſia Maria optimaꝫ
ꝑtem elegit. i. vitam ꝯtẽplatiuã: q̄ nõ aufere
tur ab ea in eternũ. ḡ vl' pauca vel nulla po
tuit facere oꝑa exteriora: cũ illa ĩpedire ha-
beant q̈etudinē mẽtis. Et intellectus ad in
teriora ſe cõuertẽs (cũ totaliter ſe cõuertit q̄
cũqꝫ diuertit: vt dꝛ. iij. de aĩa) nõ potuit ad
exteriora oꝑa intẽdere. Et ꝑ ꝯñs minoris ē
meriti reſpectu eoꝝ ſctõꝝ q̈ arduiſſima exer
citia corꝑalia leguntᷓ feciſſe. Itē merces ꝛ
meritũ debeᷓ labori ꝭm illð apli. j. Coꝝ. iij.
Vnuſquiſqꝫ ꝓꝓriã mercedē accipiet ꝭm la-
borē ſuũ. Ex q̄ ſequiᷓ ꝙ q̄nto q̈s laborioſiꝰ
et magis arduũ opus facit: tanto magis eſt
meritoriũ. ſed cõpiunᷓ multi fuiſſe ſancti q̈
oꝑati ſunt in vita mirãda ꝛ arduiſſima oꝑa
ac laborioſiſſima. Vt verbigratia: ſanctus
Paulinꝰ eps fecit tale maximũ opus ꝙ ſe-
ipſuꝫ vẽdidit ꝑ filio cuiuſdã vidue in ſerui-
tutē. ꝑut teſtaᷓ Hiero. li. de viris illuſtribꝫ.
Itē ſanctꝰ Frãciſcus vlceroſas plagas le-
proſoꝝ oſculabaᷓ ꝛ ſaniē educẽs ꝛ extergẽs
eis multimode deſeruiebat. Sed ꝛ btã Eli
ſabeth ſimilia faciebat et ꝓꝓrio velo capitis
extergebat: ad receſſum debiles debilioꝛ in
vlnis ducebat. Itē ſctũs Johãnes bapti-
ſta nunq̄ꝫ carneſ comedit: aut piſces: nec vi
num aut ſiceram bibit: in deſerto vitam au
ſteriſſimaꝫ per omnem modum duxit: adeo
ꝙ nec panem manducaſſe legitur: ſed mel
ſilueſtre ꝛ locuſtas tm̃. Cõſimilia plura ma
xima leguntᷓ facta a ſanctis. cum tale quid
nõ comꝑiaᷓ de beata virgine ſcriptũ: nõ vi
deᷓ quõ eiꝰ actõis vel vite actiue meritũ p̃-
cellat alioꝝ ſanctoꝝ merita. Sicut igiᷓ aliȷ̃
p̃cellere videnᷓ in opibꝫ miſcðie ꝛ vite au-
ſteritate beatã Mariã: ita ꝛ ĩ merito oꝑatõ
nis. Sed ꝯtra eſt qð dicit Damaſcenus.
qꝛ ipa a nullo illuſtriũ ſupaᷓ vel vinciᷓ. ſi ḡ
vincereᷓ in merito: vincereᷓ ꝛ in p̃mio. qꝛ vt

dicit Iſidor⁹ li. de ſūmo bono: et cōiter do-
ctores: meritū correſpōdet premio. Reſpō
det igit̄ ponēdo cōcluſionē ꝙ btā virgo ma
ria excellit oīm ſanctoꝝ merita in oꝑatione
boni ꝛ actiua vita. Et hoc oſtēdit̄ ſm Alb.
ſuꝑ miſſus eſt. ca. lxxxviij. q̄druplicit̄. Pri
mo ex rōne mūdicie. qꝛ tāto oꝑa bona ſunt
magis meritoria ꝛ deo acceptiora q̄nto ſūt
ab inquinamēto peccati elōgata ꝛ munda.
Vnd̄ ps. Scdm puritatē manuū meaꝝ. i.
oꝑationū bonaꝝ: retribuet mihi. Et iterum
Ambulās in via īmaculata hic mihi mini-
ſtrabat. Quo ꝯtra ꝑ Eſaiā ca. j. dn̄s dicit ad
malos. Nō accipiā inq̄t de manu veſtra ſa
crificiū: man⁹ eñ veſtre plene ſunt ſanguīe
id eſt pctō. Sed qꝛ ipa ſola v̄go btā fuit in-
ter viatores q̄ nunq̄ʒ ſua oꝑa vl̄ veniali pec
cato inq̄nauit. qꝛ nunq̄ʒ peccauit etiā venia
liter. Vnde Aug⁹. Excepta hac virgine de
qua ꝓpter honorē dn̄i cū de pctīs agit̄ nullā
volo haberi queſtionem. Si oēs ſancti et
ſancte ꝯuenirent dicerēt: ſi dixerimus quia
peccatū nō habemus noſmetipſos seduci-
mus ꝛ veritas in nobis nō eſt. Hec ille. er-
go ipſa plus meruit in oꝑatōe. Secūdo
oſtendit̄ rōne charitatꝭ ꝛ gr̄e. qm̄ q̄nto op⁹
ꝓcedit ex maiori charitate et plenitudīe gr̄e
tanto eſt magis meritoriū: q̄a pl⁹ placet deo
affectus offerētis q̄ʒ mun⁹. vt dicit Greg. et
patet. iij. q. vij. In grauib⁹. ꝛ. xxiiij. q. j. Odi
Propterea aplus. ij. Cor. ix. Hilarē dato-
rē diligit de⁹. et Areſto. j. Ethi. De⁹ nō eſt re
munerator noīm ſed aduerbioꝝ. Sed bea
ta virgo ſuꝑ oēs plena fuit gr̄a et ex maiori
charitate operata eſt. g̊ plus oīb⁹ meruit.

Tercio oſtēdit̄ rōne efficacie. nā ipſa ſum
mū bonū fecit in eo ꝙ deū genuit: q̇ oīa re-
generauit. tantū effectū ꝓtulit boni de ſe ꝙ
nullus actus vel effect⁹ alicui⁹ pure creatu-
re illi vel dignitate vel vtilitate poterit coeq̄
ri. Quarto oſtendit̄ ex oꝑib⁹ miſcdie in q̄
bus potiſſime conſiſtit vita actiua. ꝛ de q̇b⁹
dn̄s in iudicio diſceptabit. vt patꝫ Math.
xxv. Illa eñ opera exercuit btā virgo circa
chriſtū: qm̄ eū ꝑegrinū ſuſcepit hoſpitio vir
ginalis vteri: eum eſurientē ꝑuuluꝫ pauit: et
ſitientē ſuo lacte potauit. nudū pānis inuol
uit ꝛ tunica facta veſtiuit: eū infirmū viſita
uit cū deficiēte in cruce affuit: ꝛ eū tanq̄ʒ pia
mater in cunabulis poſitū mēbris infantili
bus exiſtentē fouit: balneauit: ꝛ plurib⁹ ſer-
uitijs ei deſeruiēs freq̄ntauit. eum q̄ʒ captū
ꝛ morti adiudicatuꝫ nō deſeruit ſed ꝛ mori-
entē ſepeliuit. Alij aūt ꝛ ſi oꝑa miſcdie exhi
buerūt: nō tn̄ xp̄o in ꝓpria ꝑſona ſed in mē-
bris ei⁹: ꝛ ideo ipſa p̄cellit. Itē iſta opera
exercuit btā v̄go in ſūmo ſuꝑ oēs viatores:
qꝛ opeꝝ miſcdie alteꝝ altero eſt mai⁹ ꝛ excel
lenti⁹ q̇nq̄ʒ modis. Primo ſi fit ex maiori
charitate. Secūdo ſi fit magis indigenti.
Tercio ſi fit magꝭ digno indigēti. Quar
to ſi fit cuꝫ maiori effectu impēſo. Quinto
ſi fit ex magꝭ neceſſario ꝛ min⁹ ſuꝑfluo Hec
oīa fuerūt in beata virgīe in ſummo. Chari
tas eñ ei⁹ p̄cellit oīm creaturaꝝ charitatem
ex qua ſumma charitate iſta oꝑa circa xp̄m
exhibuit. Itē maxie indigenti tribuit: qꝛ ne
mo inter viatores pauꝑior ieſu fuit. iuxta il
lud Math. viij. Vulpes foueas hn̄t ꝛ vo-
lucres celi nidos: fili⁹ aūt hoīs nō hꝫ vbi re
clinet caput. Itē digniſſimo pauꝑi tribuit: q̇a
nemo dignior mēdic⁹ fuit q̄ʒ mēdicus de⁹.
Magnuꝫ q̇ppe eſſet opus miſcdie qđ fieret
pauꝑi laico. mai⁹ qđ fieret pauꝑi clerico vel
religioſo. adhuc mai⁹ qđ fieret pauꝑi ep̄o. ꝛ
ſummū qđ fieret pape mēdico. g̊ impropor
tionabiliter ſummū op⁹ miſcdie fuit qđ fie
bat a v̄gine glioſa pauꝑrimo deo. Itē ma
ximū effectū miſcdie impēdit cū ſe totā pau
ꝑrimo xp̄o in ſeruitutē tradidit. et cū nobis
miſeris captiuis ꝛ mēdicis deū filium ſuuꝫ
ip̄m dedit in redēptōem: ꝛ cū ipſo dedit no
bis regnū celoꝝ et oē bonū. Item de non
ſuꝑfluo ſꝫ oīno neceſſario op⁹ miſcdie exer-
cuit circa pauꝑrimū deū. qꝛ de ꝓprio ſangui
ne ꝛ puriſſima ꝓpria carne ei tunicā in īcar-
natōe miſtrauit. ꝛ in ſuo vtero de puriſſimo
ſuo ſanguīe eum aluit atq̄ʒ de ꝓprio lacte ci-
bauit eū natū ꝛ lactauit. Hec Alber. Ad
ea g̊ q̄ in cōtrariū obijciunt̄ reſpōdet̄ Ad p̄
mū. ꝙ hoc ſpeciali p̄rogatiua fuit miraculo
ſe in bn̄dicta virgine ꝙ ipſa in ſūma cōtem
platōe eſſet continue: ꝛ tn̄ ab externo bono
oꝑe et ſeruitio xp̄i nō impediret̄: ſꝫ ſil̄ vtrūq̄ʒ
agere poſſet. Propterea de ea legit eccl'ia il
lud euāgeliū. Intrauit Ieſus in q̇ddam ca
ſtellū. ꝑ qđ figurat̄ introitus xp̄i in vteꝝ vir
ginalē. Et mulier q̄dā noīe martha: ꝑ quaꝫ
figurat̄ Marie ſenſualitas ꝛ inferior ꝑs ra
tionis q̄ miſtrauit ī actiua chriſto. Eius ſo-
ror magdalena. i. ſuꝑior ꝑs rōnis erat cōti-
nue intēta diuine ꝯtemplatōni. ꝑ quod do-

ceť:quia Marie ſimul inerat ꝛ actio exter-
na ꝛ cōtēplatio altiſſima ſpeciali dei dono:
nec alterꝝ ab altero impediebať. Ad ſecū
dū rńdeť ꝙ vt dicit Tho. iij. ſcripto ſniarū
diſt. xxxv. ar. iiij. q. ij. Et ſcda ſcđe. q. clxxxij.
ar. ij. Aliter laboꝛ exterioꝛ auget pmiū ꝛ ali-
ter charitas. qꝛ laboꝛ exterioꝛ opatur ad au
gmētū pmij accidentalis. charitas ꝩo ope-
rať ad augmentū pmij eſſentialis: qđ ṗnci-
paliter cōſiſtit in charitate. Sic ĝ meritū p-
mij eſſentialis nō eſt in ipſius opis laborio
ſitate ꝛ difficultate: ſed in charitate. Vñ da
to ꝙ aliq̇ vt etiā Johānes baptiſta fecerint
maioꝛes laboꝛes ducēdo vitā auſterioꝛem:
tñ nō ꝓpter hoc ſequiť ꝙ maiꝰ meritū acq̇ſie
rint. qꝛ maioꝛi charitate fecit btā virgo mi-
nimū opus q̄ȝ aliꝰ ſctūs fecerit maximū bo-
nū. ꝛ ideo ex maioꝛi charitate maiꝰ merituȝ
acq̇ſiuit: qm̄ eſſentiale incōpabiliter p̄ferť
accidētali pmio. vt dicit Richardus de me
dia villa ꝓbās ſup. iiij. ſniaꝝ circa diſt. xlix.
Vel aliter pōt dici ꝙ vt notat idem Tho.
eodem. iij. ſcripto. diſt. xxx. ar. v. Vtrū meri
tum ṗncipaliter cōſiſtat in charitate. ꝛ pma
ſcđe. q. cxiiij. arti. iiij. et ſcda ſcđe. q. xxiij. art.
vij. Duplex eſt meritū. ſcȝ dimiſſionis pene
et cōſecutionis boni. difficultas ergo operꝭ
nō facit ad meritū niſi dimiſſiōis pene per
modū cuiuſdam cōmutatōis. ſed ad meri-
tū ꝯſecutionis boni facit maioꝛ conatus q̇
eſt ẜm maioꝛē inclinatōem volūtatis. ꝛ hāc
ṗncipaliter facit charitas: q̄ qꝛ maioꝛ fuit ī
virgine bñdicta q̄ nec indiguit ad pmiū: qꝛ
nunq̄ȝ peccauit Vnde ſequiť ꝙ maius fuit
meritū in eiꝰ actōe q̄cunq̄ȝ. ꝛ ſic patȝ. O igi
tur beata chꝛiſtiana ꝛ fidelis aīa penſa q̄n-
tum virgo benedicta p̄cellat in omni actōe
ſua: ꝛ ſtude eam imitari ardua faciēdo et ex
charitate magna: vt ꝛ tu merearis coꝛā deo
eſſe magna.

¶ Articulus ſecundus de excellentia inter
ne contemplationis beate Marie qualiter
omnium viatoꝛum contemplationem p̄re-
cellebat.

SEcūdum miſte
riū interne cōtemplatōnis. Vbi
notādū ẜm Alber. ſup miſſus ē.
ca. lxxxix. ꝙ cognitio ſiue cōtemplatio bea
tiſſime virginis tripl'r excellebat alias co-
gnitiones oīm viatoꝛum.

Pꝛimo in cognitōis ꝑfectione.
Secundo in habitus poſſeſſione.
Tercio in modo cognoſcendi cum
quiete ꝛ ſine abſtractione.

Pꝛimo in cognitōis vel ꝯtēplatōis ꝑfectōe
quia eīm p̄re alijs viatoꝛibꝰ habebat eleua-
tā mentē ad diuīa. igiť maioꝛ ꝑfectio cogni
tionis debeť ei rōne maioꝛis eleuatiōis per
habitus melioꝛes ꝛ excellētioꝛes. Nā ſi cō-
ſideramus gradus q̇bꝰ aſcēdiť ad vidēduȝ
deū ẜm habitus gratuitos eſt excellentia in
hmōi eleuatōe aīe ad deū ẜm maioꝛē habi-
tuū gratuitoꝝ ꝑfectionē animā ſup poſſe na
ture magis ꝛ magis eleuantiū ꝛ deo ꝓpinq̇-
us coniungentiū. Inter q̇s Pꝛimo gradu
eleuāt gratie ſacramētales impedimēta cul
pe ꝛ pene remouētes ꝛ fomitē diminuentes
q̄ aīam trahūt deoꝛſum. Secundo gradu
ſunt virtutes aīam in eſſe gratuito ꝑficiētes
pmo ꝛ ꝑ opatōem in fine dirigētes. Ter-
cio gradu ſunt dona aīam ad excellētioꝛes
actus gratuitos ꝑficiētes: ꝛ magis eā fini. i.
deo cōiūgentes. In quarto gradu ſūt fru
ctus aīam ẜm poſſibilitatē vie deo ꝯiunctā
delectātes ꝛ reficiētes. Ex his q̄tuoꝛ gradi-
bus a latere currunt btītudīes circa ſubie-
ctum: in q̄ ſunt p̄dicti habitꝰ ſtatꝰ ꝑfectiōis
ẜm modū vie cōplētes. Secūdo q̇ȝ excel
lebat contemplatio beate virginis in habi
tus poſſeſſione. habitus poſſeſſionū dico:
quia talis habitꝰ eſt actꝰ qualē habuit Pau
lus in raptu ad tempus: ꝛ poſt ſtatiȝ nō ha
buit ſed habitus cū actu ceſſauit. Talis in-
quā generꝭ habitū ſed ꝑfectioꝛē beatiſſima
virgo ſemꝑ ꝛ cōtinue habuit ab eo tp̄e q̇ ṗ
mum mater dei facta fuit vſq̄ȝ dum idē ha-
bitus in glorioſam cognitōem ẜm ſtatū pa
trie ꝑfectꝰ fuit. Et ita cōtinuatio poſſeſſiōis
debebať ei rōne ꝑfectionis maioꝛis q̄ huic
vite ſuꝑ oēs viatoꝛes funditus moꝛtua fuit
et vita peccati extincto fomite irreſuſcitabi-
liter moꝛtua fuit. Propter qđ vita eius cuȝ
chꝛiſto in deo abſcondita fuit ſemꝑ et curie
angelice p̄ſens intra dei ſanctuariū habita
uit. Vnde merito dicere potuit illud Eccī.
xxiiij. In habitatiōe ſctā coꝛā ipſo miniſtraui
ꝛ ſic in ſyon firmata ſum: ꝛ in ciuitate ſctifi
cata ſil'r requieui. Tertio excellebat ī mo
do cognoſcendi cum quiete et ſine abſtra-
ctione: qualis eſt in raptu Nam modus co
gnoſcēdi virginis Marie nō ſemꝑ fuit per

modũ abſtractõnis vel ſtuporis vel extaſis
vel ſoporis. Hec enĩ ↄtingũt ꝓpter excellen
tiã ꝛ ĩproportionabilitatẽ lumĩs ad intelle/
ctũ illũĩnabilẽ. vt patet ꝑ ſilẽ in lumĩe corꝑa
li in trãſfiguratõe dñi qñ oſtẽdit diſcipulis
claritatẽ ſimillimã claritati glĩe. Dicit̃ enĩ ꝙ
Petr⁹ ꝛ q̇ cũ eo erãt: grauati erãt ſomno ita
vt videre nõ poſſent. Vnd̃ dño petr⁹ dixit.
Bonũ eſt nos hic eſſe: neſciens q̇d diceret.
ſtupor enĩ circũdederat eũ. Silr̃ in lumine
ſpũali eſt. Vñ Paulus excellẽtiori viſione
ſtupefact⁹ dixit. vtrũ in corꝑe vel extra cor/
pus neſcio: de⁹ ſcit. Hunc aũt ſtuporẽ btĩſſi
ma ṽgo nõ habuit: cui⁹ intellect⁹ deiformi/
or ꝛ illi luci ꝓportionabilior fuit. Vnd̃ ſicut
eadẽ lux q̃ eſt egris oculis odioſa eſt oculis
ſanis amabilis. et ſicut ꝑ eandẽ lucem clari
oculi ꝑfectius vidẽt ꝛ ſine ꝑturbatõne. eger
aũt oculus min⁹ ꝑfecte ꝛ cũ ꝑturbatĩõe: ita
lux ſpũalis: q꞉ oculis pauli fuit ĩproportio/
nabilis. ideo fecit raptuꝫ cũ ſtupore. Talis
lux oculis btĩſſime virginis fuit ꝓportiona/
bilis ſine ſtupore cũ delectatõe. Et hoc de/
bebat̃ ei rõne puritatꝭ ꝛ mũdicie q̃ ſuꝑ pau
lum ꝛ oẽs viatores nitebat ĩproportionabi
liter ꝛ excellẽter. Hec Alber. vbi ſuꝑ. Quis
ḡ hoĩm. Que rõnabiliũ mẽtiũ poterit exco/
gitare q̃ntũ deiformis fuerit mẽs virgĩs bñ
dicte: q̃nta luce reſplẽduerit: q̃ntũ ve ſaporẽ
diuine ↄtẽplatõis exꝑta fuerit. O vtinã aĩa
mea aliqñ illi⁹ ꝑticeps eſſe q̃ntuliicũqꝫ me/
rereris: ꝛ ṽgis btĩſſime vna cũ ei⁹ filio dul/
ci Jeſu ↄgratulatõe intima ſuauitate ꝑfru/
ereris. O vtinã moriat̃ aĩa mea morte iuſto
rũ vt ingredi valeat ad ↄtẽplatõem beatoꝝ
ꝛ videre valeat multitudinẽ in xp̃o ꝛ ei⁹ pia
matre dilectorum.

Articulus tercius de virtutũ ꝑfectione ꝛ
excellẽtia earundẽ in beata Maria vbi de/
ſcribunt̃ duodecim virtutes in ipſa.

Ercium miſte/
riũ d̃r virtuoſe ꝑfectõis ꝛ ei⁹ ex/
cellẽtie. Nã ſm Alber. vbi ſupra
ſcꝫ ca. lxxxxix. btã virgo habuit ṽtutes car/
dinales ꝑ moduꝫ patrie: ſed ſm ſtatũ vie ꝑ
modũ patrie q̃ꝫtũ ad actuũ ꝑfectõeꝫ: ſm ſta
tũ vie q̃ꝫtum ad merẽdi cõditiõeꝫ. Et ita ha
buit eas medio modo inter cõprehẽſores ꝛ
viatores. medio mõ ꝑ participationẽ. taleꝫ
inquã ꝑticipationẽ ꝙ accepit melioreꝫ par
tem ab vtroqꝫ extremoꝝ. Cõprehẽſores enĩ
habent ṽtutes has ſm actuũ ꝑfectionẽ: ſed
p̃ter merẽdi ↄditionẽ. viatores aũt cũ merẽ
di ↄditiõe: ſed cũ actuũ imꝑfectõe. Ipſa au
tem virgo habuit eas cum actuũ ꝑfectione
ſm cõprehẽſores: ꝛ cũ merẽdi ↄditõe ſm vi
atores. Vnde habuit eas excellẽti⁹ viatori/
bus q̃ꝫtum ad actũ: ꝛ cõprehẽſoribꝫ q̃ꝫtũ ad
effectũ. Hec Albertus. Vt aũt magis cla
reſcat q̃ntuꝫ virgo bñdicta virtutibꝫ in ſua
vita p̃niteat vel p̃fulgeat: pducamus in me
diũ duodeciꝫ precipuas virtutes quaſi du/
odecim ſtellas p̃fulgidas quibus ipſa coro
nata fore in Apocal. ca. xij. prefiguratur vt
per ſingulas eius virtutes excellentia clare
ſcat.

De excellentia fidei Marie. Caplm. I.

Rima virtus excellentiſſime fuit in
Maria virgĩe. Fides quippe eius
maior fuit fide omniũ alioꝝ ſancto
rum ſm Albertũ vbi ſupra.

Primo ratione conſtantie.
Secundo ratione mũdicie
Tercio rõne efficacie.
Quarto ratione exꝑientie.

Primo rõne cõſtantie. Fides enĩ beate vir
ginis fuit ↄſtãtiſſima: que nunqꝫ defecit nec
fuit intercepta. alioꝝ aũt fidei conſtãtia fuit
deficiẽs ꝛ intercepta: vt patet de fide aploꝛꝝ
de q̇bus ſaluator ait Math. xxvj. Omnes
vos ſcãdalũ patiemini in me. ſ. in paſſione.
Secũdo ratõne mũdicie. Fuit enĩ fides
beate virginis mũdiſſima ꝛ incõtamiata ꝑ
peccatũ: qm̃ nunqꝫ peccauit etiã venialiter
vt dicit Aug. Alij aũt oẽs peccauerũt. iuxta
illud. j. Joh. j. Si dixerim⁹ q꞉ pctm̃ nõ ha/
bemus noſipſos ſeducim⁹. Tertio ratõe
efficacie. q꞉ fides beate virgĩs fuit maxime
efficacie. Cum enĩ ſcriptum ſit Mar. ix. ca.
Oĩa poſſibilia ſunt credẽti. In fide eius ſe/
cutus eſt effectus improportionabilis fidei
alioꝝ adeo ꝙ iuxta dictũ ſaluatoris Mat.
xvij. Si habueritis inquit fidem ſicut gra/
num ſinapis ꝛ dixeritis mõti huic tolle te et
mitte in mare obediet vobis. Ad benedicte
virginis dictum quo ait: fiat mihi ſm ṽbuꝫ
tuum: ſumm⁹ mons montiũ. i. deus ipſe tu
lit ſe et miſit ſe in mare id eſt in mariã ꝛ ama
ras penalitates hui⁹ vite. Quarto ratiõe
experientie. ꝛ ſi nanqꝫ patres veteris ꝛ noui
teſtamẽti crediderũt de virgine naſcituꝝ vl̃

natum chriſtū:ipſa benedicta virgo nō tm̄
credidit,ſed τ p expientiam cognouit:vnde
claret eius fidei excellentia.

De ſpe Marie. Capitulum.II.

Secunda virt⁹ Spes fuit excellētiſſi
me fulgēs in vita Marie virginis.
Cum em̄ vt ait mgr̄ i.iij. Spes eſt
certa expectatio future btitudis ex merit; et
gr̄a pueniēs. Hec certitudo ſpei vl' expecta
tiōis fuit ſumma in btā virgīe. q₂ certitudo
ſpei alioꝝ vl' eſt fallibil' vel conditional'. Si
em̄ cert⁹ eſt q̇s de eterna btitudīe: falli pōt.
q₂ cadere pōt. Si aūt ſperat ſub ꝯditiōe vt
vicȝ ſi pmāſerit in charitate: certitudo ſua ē
cōditionalis τ nō abſoluta. Sed in btā vir
gine certitudo de eterna btitudīe fuit infal-
libilis τ abſoluta:eo ꝙ certa fuit ꝙ matrē dī
impoſſibile foret a btitudine excludi vel ca-
dere.ġ ei⁹ certitudo fuit maioꝛ certitudīe ali
oꝛū. Itē btā virgo īpꝛopoꝛtionabil'r ma
ius gaudiū oīb⁹ alijs expectauit. ġ maioꝛeȝ
ſpem habuit. Itē oīs alteri⁹ viatoꝛis expe
ctatio eſt p modū eſurient;. Expectatio aūt
beate virgīs fuit p modū comedēt;.ſ.p expi
entiā,ſed impꝛopoꝛtionabil'r mag; delectat
expectatio ſpei in comedēdo ꝙȝ in eſuriēdo.
ergo maximā ſup om̄es alios ipſa ſpem ha
buit. Hec Alb.ſup miſſus ē.ca.lxxxiij.

De charitate Marie. Caplm̄.III.

Tercia virtus Charitas ſumma fu-
it in btā virgine.qm̄ ipā ſumme im
pleuit illud p̄ceptū Math.xxij. Di
liges dn̄m deū tuū ex toto coꝛde tuo τc̄. Et
iteꝝ. Diliges pximū tuum ſicut teipm̄.ꝓpter
quod ſummū pꝛemiū eſſentiale in celo ꝓme
ruit qđ debet charitati. De beate virginis
charitate agit ſpecial'r li.ix.

Sequitur de virtutibus cardinalibus.
Primo de pꝛudentia. Capitulum.IIII.

Quarta virtus Prudētia fuit ſum-
me in beata ꝟgine. Cū em̄ ſm̄ Are
ſto.vj. Ethi.pꝛudētia ꝯſiſtat ī cauē-
dis malis τ eligendis bonis.beata virgo in
vtroqȝ nō poterat decipi:q₂ gr̄a plena erat.
et hēbat donū oīs intellect⁹ ſapie:ſcie:τ cō-
ſilij:vt patebit parte.iij.huius libꝛi. Pꝛopte
rea btā ꝟgo bn̄ figurata extitit p pꝛudētiſſi-
mā mulierē Thecuitē.ij. Re.xiiij. q̄ pꝛudēti
pabola ſumpta recōciliauit abſalon fratri-
cidā dauid pr̄i ſuo. Nota inibi hyſtoꝛiā.ſic
Maria pꝛudētia ſua recōciliauit gen⁹ hūa-
nū fratricidā.ſ.aīe τ ſpūs ſui ipſi deo cū vi-
delicet pꝛudenter tractauit cū angelo de mi
ſterio incarnatōis diuine τ aſſenſum p̄buit
dicēs. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi τc̄. ad qđ
ꝟbum de⁹ tantū eſt inclinat⁹:vt carnē aſſu-
meret,p noſtra recōciliatōe facienda.

De foꝛtitudine in Maria. Ca. V.

Quinta virtus: p̄fulſit in vita Ma
rie foꝛtitudo,qđ tripl'r oſtendit.
Primo Ethice.
Secundo Theologice.
Tercio Philoſophice.

Primo ethice.q₂ actus foꝛtitudīs eſſential'
eſt ſūmo bono.i.deo firmiter adherere τ ter
renas cupiditates nō tm̄ opp̄mere:ſed pe-
nit⁹ obliuiſci,qđ q̇dē nō eſt viatoꝝ:interim
ꝙ fomes in eis aliq̄ modo viget:niſi ſoli⁹ be
ate ꝟgis q̄ adheſit deo inſepabil'r: nec vnq̄ȝ
potuit ſepari p caſum. Scđo oſtēdit the
ologice.q₂ ſcriptū eſt Prouer. vl. Mulierē
foꝛtē q̇s iueniet τc̄.ſequit.pcul τ de vltimis
finib⁹ p̄ciū ei⁹. Hec mulier foꝛt; eſt Maria
ꝟgo.vltimi fines ſunt diuinitas τ humani-
tas maxīe a ſe diſtātes:q̇s ꝟgo ipſa foꝛtiſſi-
me:q₂ inſepabil'r:cōiunxit. Idcirco Nūeri
xxiiij. Cui⁹ foꝛtitudo.ſ.dei filis eſt foꝛtitudi-
ni rinocerōt;.q₂ ſicut foꝛtitudo rinocerōtis
in gremio virgīs māſueſcit:ita dī foꝛtitudo
in vtero virgīs Marie manſuefacta eſt.

Tercio oſtēdit ex lūine phīe.qm̄ p locuȝ a
maioꝛi.ij. Thopi.arguēdo.q̇cq̇d eſt foꝛtius
foꝛtioꝛe:eſt foꝛti⁹ inferioꝛe. Btā ꝟgo fuit foꝛ
tioꝛ tribus foꝛtiſſimis in mundo q̄ ſunt de⁹
moꝛs τ diabolus. Primum foꝛtiſſimū in
mūdo eſt de⁹,hūc humilitas btē ꝟgīs ſupa
uit:qn̄ de celo charitate vinculatū τ vulne-
ratū in ſuo ꝟginali vtero incarcerauit. Vn̄
canit eccl'ia de ea. Sctā τ īmacl'ata ꝟgītas
q̇b⁹ te laudib⁹ eff.ne.q₂ quē celi cape n̄ pote
rāt tuo gremio ꝯtuliſti. Secundū foꝛtiſſi
mū in mūdo eſt moꝛs: cui nemo moꝛtaliuȝ
reſiſtere pōt. Oēs em̄ moꝛimur: τ q̄ſi aq̄ di-
labimur in terrā.ij. Reg.xiiij. Hāc btā ꝟgo
ſupauit.vn̄ canit eccl'ia de ea. Moꝛtē quaȝ
femīa ītulit femīa cōtriuit p quā vita redijt.

Terciū foꝛtiſſimū ē diabol⁹ Job.xlj. Nō
eſt ptās q̄ cōparet ei. Hūc btā ꝟgo ſupauit
q₂ ipā ꝯtriuit caput ei⁹ Gen̄.iij.ġ foꝛtitudīs
virtus τ donū in beata virgine ſumme ful-
ſit. Hec Alber.ſup miſſus eſt ca.iiij.

De iuſticia in Maria. Capitulum.VI.

SExta virtus ꝓfulgens in btā virgi-
ne eſt ipſa tercia ꝟtus cardinalis.ſ.
iuſticia. vt em̄ habeť.ff.de iuſticia ⁊
iure.l. Juſticia. Tria ſunt ꝑcepta iuſticie. ſ.
honeſte viuere. alteruꝫ nō ledere. ⁊ vnicuiqꝫ
ſuū ius tribuere. Hec oīa ſupexcellēter ful-
ſere ī bn̄dicta dei matre. Jpſa nēpe ſuꝑ oēs
viatores honeſtiſſime vixit. Honeſte nanqꝫ
viuere idem eſt qꝺ virtuoſe ⁊ pulcre viuere
quia vt ait Jſiꝺ.j.li.ethimoľ. Honeſtꝰ dꝛ q̄-
ſi honoris ſtatꝰ. ſoli aūt ꝟtuti debeť honoꝛ.
Vn̄ Areſto.iiij. Ethi.ait. Prauus inq̄t nō
eſt honore dignꝰ qꝛ honoꝛ eſt ꝓmiū virtutꝫ.
Cum igiť btā virgo vixerit virtuoſiſſime et
oībꝫ virtutibꝫ ſupexcellenter enituerit. iuxta
illud Eccī.xxiiij. Jn me oīs gratia vie ⁊ ve-
ritatꝫ: in me oīs ſpes vite ⁊ ꝟtutis. ſequiť qꝛ
ipſa vixerit honeſtiſſime. vt de ea teſtať etiā
Ambroſiꝰ li.de ꝟginitate. Jtē ipſa nulluꝫ
ledere potuit. q̇a nunq̄ꝫ peccare potuit. ſed
vnicuiqꝫ ſuū ius tribuit. deo vicꝫ amorē ⁊ ti
morē ac honorē: ⁊ ꝓximo dilectōem. qꝛ cha
ritate pleniſſima fuit: nec aliq̄d qꝺ facere de
buit obmiſit. Deniqꝫ ſumma iuſticia claru-
it in ea: qn̄ ꝓ ſatiſfactiōe iuſtiſſima pctī pri-
mi parētis ⁊ totiꝰ generis humani filiū ſuū
obtulit in paſſiōe. Ubi ꝓ fructu vetito ⁊ ab
lato: fructū vteri ſui ad pēdēdū in ligno de-
dit. Ecce iuſtiſſima reſtitutio ⁊ ſumma ſuꝑ-
erogatio: ꝓ fructu modici valoris deum de
dit infiniti valoris Et ꝓ vnico q̄druplū red
didit. ſcꝫ offerēs carnē in paſſiōem: ſangui-
nem in effuſionē: animāqꝫ filij ſui in morteꝫ
et diuinitatē in cruce: in nr̄am recōciliatōeꝫ
Merito igiť de ea canit eccleſia Felix nāqꝫ
es ſacra virgo Maria et oī laude digniſſi-
ma. qꝛ ex te ortus eſt ſol iuſticie. i. manifeſta
tio iuſticie in xp̄o ꝓ nobis paſſo in cruce: in
qua paſſiōe meriſſima ⁊ ſūma iuſticia claru
it. vt patet ꝑ Anſel.li.ij. Cur deus hō. Jpſa
ꝓfecto illud euāgelicū impleuit Si q̇d ali-
quē defraudaui reddo q̄druplū. licꝫ nō ip̄a
beata virgo fraudē fecerit: ſed Adā pomuꝫ
rapuerit. iuxta illud ps̄. Que nō rapui tunc
exoluebā. O itaqꝫ gl'ioſiſſima virgo. q̇d gra
tiarūactōis. q̇d ſeruitutis. q̇d honoris tibi
rependamꝰ ꝓ tali ⁊ tāta oblatiōe ꝑ te facta ꝓ
nr̄is piaculꝭ. q̄ oblatio vtiqꝫ ſi non fuiſſet: oē
genus noſtrū in dānatōne remāſiſſet.

De tēperantia Marie. Ca. VIII.

SEptima virtus in Maria ꝓfulgēs
eſt tꝑantia. Fuit em̄ eiꝰ tꝑantia nobiliſſima
ſupexcellentiſſime p̄re tꝑantia oīm viatoꝝ:
quod oſtendiť

Primo de tꝑantia in guſtu
Secūdo de tēperantia in dicto.
Tercio de tꝑantia in facto
Quarto de tꝑantia in cultu.

Primo de tꝑantia ī guſtu q̄ diciť ſobrietas
ſiue abſtinētia q̄ in btā virgīe fuit ſupexcel-
lēter nobiliſſima. qꝛ fuit puriſſima ⁊ gl'ioſiſ-
ſima. Ratio: qm̄ in alijs viatoribꝫ eſt cū poſ
ſibilitate cadēdi ſaltē in ꝓmū motū gule ⁊ er
rore ⁊ pugna. ſed ī btā ꝟgīe fuit ſine pugna:
ſine errore: ⁊ ſine poſſibilitate cadēdi etiā in
ꝓmū motū gule. qꝛ ipſa peccare oīno nō po
tuit. Jtē alij hoīes abſtinēt tribꝫ de cauſis
Primo ꝓ debito ſatiſfactiōis ꝓ pctō ꝓteri
to. hoc locū nō habet in btā virgīe. qꝛ nullū
pctm̄ habuit. vn̄ huiꝰ loco eiꝰ abſtinētia fuit
ꝓ merito ſuꝑerogatiōis. Scd̄o alij abſti-
nēt ꝓ cautela euaſiōis ꝓ pctō futuro. nec h̄
locū habuit in btā ꝟgīe q̄ peccare nō potu-
it. ſed huiꝰ loco ip̄a abſtinuit ꝓ exēplo edifi-
catōis. Tercio alij abſtinēt ꝓ d'letōe pene
debite in p̄ſenti vel futuro. nec hoc locū ha
buit in btā virgine. qꝛ cū nunq̄ꝫ peccauerit
nunq̄ꝫ penā demeruit. ſed huiꝰ loco ipſa ab
ſtinuit ꝓ gl'ie ꝓmio. ḡ eiꝰ abſtinentia fuit no
biliſſima. Secūdo de tꝑantia in dicto. nā
ex ſacro euāgelio claret ip̄am fuiſſe tꝑatiſſi-
mā in ꝟbis. qꝛ in totiꝰ euāgelice hyſtorie ſe-
rie nō reꝑiť niſi tm̄modo ſeptē ꝟba ꝓtuliſſe
Et hec nō ſine cā ardua. ad quodlibet q̄ꝫ
eoꝝ ꝟboꝝ maximū miraculū ſecutum eſt.
Primū verbū dixit ad angeluꝫ. Quomō fi
et iſtud qm̄ virū nō cognoſco. Et mox ſub-
ſecuta eſt diuine incarnatōis miſterij decla
ratio. Spūſſctūs inquit ſuperueniet in te.
Secūdū verbū dixit. Ecce ancilla dn̄i fi-
at mihi ⁊c̄. Et maximū miraculū ſecutū eſt
ſcꝫ dei hūanatio. Terciū ꝟbū dixit. Cū in
greſſus domū zacharie ſalutauit eliſabeth.
⁊ mox vt audiuit illa ſalutatōeꝫ: exultauit in
fans ī vtero eiꝰ. ⁊ repleta ē ſpūſctō eliſabeth
⁊c̄. Quartū ꝟbuꝫ cū ꝓtulit. ſ. Magnificat
aīa mea dn̄m ⁊c̄. facta ē diuina collaudatio
⁊ grāꝝactio ꝓ īcarnatōis diuie ſūmo bn̄fi-
cio. Quītuꝫ ꝟbū ait cū inuēto ieſu ī medio
doctoꝝ dixit. Fili q̇d feciſti nobis ſic: ego ⁊
pater tuꝰ ⁊c̄. Et ſubſecutū eſt miraculū diui
ne humiliatōis: quia deſcēdit cū eis Jeſus

verus deus:et erat ſub ditus illis. Sextū
verbū dixit in nuptijs.vinū nō habent. Et
ibidē dixit Septimū v̄bū miniſtris: qd̄cū
q̄ꝫ dixerit vobis facite. Et ſubſecutū eſt mi-
raculū cōuerſiōis aq̄ in vinū. Et licet plura
alia v̄ba locuta ſit beata v̄go q̄ nō ſunt ſcri-
pta in euāgelio:tn̄ vtiq̄ꝫ fecit modeſtiam vt
nunq̄ꝫ inuētus ſit dolus vel minimū v̄bum
ocioſum in ore ei⁹. Vn̄ et ſctūs Epiphani⁹
et ſctūs Herman⁹ teſtant̄ de ea ꝙ rariſſime
loq̄bat̄:ſed ⁊ hoc tm̄modo cū oportebat lo
qui.⁊ ſic ſuos ſermones ſemꝑ cōuertebat ꝙ
d̄ deo ⁊ ſuo filio Jeſu loquebat̄ et eius fide
vel ignaros inſtruēdo vl' fidē xp̄i defenden
do. Et tātaꝫ eloquētie gratiā habebat ꝙ ad
fidem plīmos hortādo cōuertebat. Nā ſe-
mel q̄ ipſam loquētē audiuit q̄ntūcūq̄ꝫ infi-
delis obdurat⁹:vel ſtatim credidit: vel cor-
de diffiniuit ſe cito fidē recepturū vel ſalteꝫ
admiratus de fidei hui⁹ veriſſimo miſterio
ceſſauit īpugnare. Hec p̄dicti hyſtoriogra-
phi. Tertio de tꝑantia in facto. Cū eniꝫ
nullus viatorꝝ ſit q̄ nō peccet in factis: ſaltē
venial'r.ipa beata v̄go ſic ſe tꝑauit ꝙ nunq̄ꝫ
peccauit:etiaꝫ i minimo veniali ſiue facto ſi
ue v̄bo vl' cogitatu.vt dicit Aug⁹. Quar-
to de tꝑantia in cultu vel habitu. Habitus
em̄ veſtiū tripl'r diſtinguit̄. Primo em̄ eſt ha
bit⁹ vanitatꝭ.de q̄ loquēs Hiero.ait. Mu-
lieres ſerico ⁊ purpura indute xp̄m induere
nō p̄nt.auro:margaritis ornate: ornamēta
cordis ꝑdiderūt. Secūdo eſt hit⁹ hūilita
tis.ſ.nimie.vt portare ſacculū vl' ciliciū aut
ſordidā veſtē. De hoc idē Hiero. Ornat⁹ in
quit veſtiū ⁊ ſordes pari modo fugiēde ſūt.
Tertio eſt hit⁹ mediocritatis ſm̄ cōeꝫ ſta
tum.⁊ hic eſt laudabilis. Dicim⁹ ḡ ꝙ beata
virgo ſicut ⁊ xp̄s ac alij ſcti habuerūt habi
tū veſtiū humilē ſed mediocriter. et in h̄ ali
os viatores excellit.q2 ſuꝑ artē ꝑ vnctioneꝫ
in ſpūſctō ſciuit p̄ſcire mediocritatē oīmo-
dā in habitu hūilitatis obſeruare. Hec Al
ber.magn⁹ ſuꝑ miſſus eſt .ca.lxxxix. Hu
ic etiā ꝯcordāt ſctūs Epiphani⁹ ⁊ ſctūs ger
man⁹ i hyſtoria de vita Marie di.ꝙ veſtes
btē virgis nō erāt mltū p̄cioſe:nec colora-
te:nec curioſe:nec erāt inq̄unt mlte vilita-
lateribus habebat. Sic in Maria duplex

charitas ⁊ q̄tuor virtutes cardinales erant
Arca taʒ intrinſecus q̄ʒ foris deaurata erat
Maria intus. i. in aīa ⁊ foris. i. in corpore
gratia reſplēdebat. Fecit ergo dominus ei
magna.

Capl'm. II. ꝙ deus fecit magna in Ma-
rie ſingulari ſanctificatione.

Secūda ſtella di-
cit ſingularis ſctīficatio: qđ fuit
magnū p̄uilegium. Nimirū ſcḋm
doctores theolo. ipſa virgo q̄tuor vicibus
ſanctificata fuiſſe edocet a deo. Primo q̄-
dem in materno vtero. Secūdo deus eā
ſanctificauit qn̄ ſpūſſanctus eam obūbra-
uit ⁊ filium dei cōcepit. Tertio qn̄ eaʒ de⁹
inhabitauit mēſibus nouem chriſtū portā-
do in vtero. Quarto qn̄ eā deus in celum
aſſumpſit. Vn̄ ps. Sctīficauit dn̄s taber-
naculū ſuum. In ſingulis aūt ⁊ oībus hꝫ
ſanctificatiōib deus fecit ei magna et ꝑma
xima priuilegia: ſcḋm ꝙ tenent doctores ſuꝑ
iij. ſnīaꝝ. diſt. iij. Primū fuit p̄uilegiū ma
ximū ꝙ in p̄ma ſctīficatione ꝑ gratiā ſpecia
liſſimā fuit p̄ſeruata a peccato originali: vt
tenent noſtri doctores. Licet alij dicāt ipſaʒ
a peccato originali fuiſſe purgatā in prima
ſctīficatione. tn̄ eccleſia iſtud pie credit cuʒ
noſtrꝭ doctorib videlicet ꝙ p̄ſeruata eſt ab
originali culpa vt merito de ipſa dici poſſit
illud Cant. iiij. Tota pulcra es amica mea
et macula nō eſt in te. ⁊ de hoc latiſſime pa-
tuit li. iiij. ꝑ totum. Item in iſta prima ſctī-
ficatione datū eſt virgini ſecūdum maximū
p̄uilegium. quia infuſa eſt ſibi gratia preſer
uatiua deinceps ab omni peccato actuali
nō ſolum mortali: ſed etiā veniali. Alijs ꝟo
ſctīficatis in vtero cōfert gratia ꝑ quā p̄ſer
uarent a mortali licet non a veniali. ſed ipſi
virgini bn̄dicte collatum eſt ꝙ nec veniali
ter vnq̄ʒ peccaret. Unde Bern̄. ad canoni
cos Lugdunen̄. ait. Puto ꝙ copioſior gra-
tia ſctīficatōis in ipſam deſcendit q̄ nō ſolū
ipſius ortum ſctīficauit. ſed etiaʒ eam ab oī
pctō deinceps īmunē cuſtodiuit. Hec ille.
Nam iſta gratia ꝓtunc in virgine aut ſub-
traxit oīno: aut reſtrinxit fomitē ꝙ nō poſſꝫ
in aliquod peccatum ducere aut a bono re
trahere: vt tenent docto. ſuꝑ. iij. diſtin. q̄ ꝺ.
Terciū priuilegiū in iſta p̄ma ſctīficatiōe
maximū fuit. qꝛ vicʒ btā ꝟgo impleta eſt do

ho ſpūali ⁊ ꝑfecta nō ſolum reſpectu ſui:ſed
etiā reſpectu alioꝝ.qđ ſic patet. Nā poſt eiꝰ
ſctificationē in vtero ſue matris in ipſa bn̄-
dicta ꝟgine fomes ẜm noſtros doctores te
nētes Mariā fore ꝯceptā ſine macula ori-
ginalis pctī: nō remāſit formalr̄ ſed tm̄ cau
ſaliter. vt patuit li. viij. pte. iij. ar. j. ca. j. circa
mediū. Scdm aūt alioſ q̄ ſcꝫ tenēt eā a pec
cato mūdatā licet remāſerit ẜm ſuā eſſentiā
et nō fuerit ſubtractꝰ:tm̄ remāſit impeditꝰ et
ligatus ꝑ grām ſctificantē q̄tum ad duo.
Primo ne fomes inclinaret ad q̄dcūqꝫ pec
catū aut retraheret a bono. ergo ⁊c̄. Itē qđ
amplius eſt qꝛ gratia ſctificatōis nō tm̄ illi
citos motꝰ repſſit in ſe ſed etiā in alijs effica
ciā habuit vt nūqꝫ ab aliq̄ cōcupiſci potu
erit. Vn̄ ꝓut ſeraphicꝰ Bonauen̄. ſuper. iij
diſt. iij. ait:etiā infideles et iudei aſſerūt hoc
mirū fuiſſe in virgīe Maria ꝙ cū eſſet pul-
cerrima corꝑe a nullo vnqꝫ viro potuit con
cupiſci. Vn̄ has ſpeciales ꝓrogatiuas ha-
buit ſctificatio btē virginis ꝑ oībꝫ ſctificatiſ
in vtero vel in baptiſmo. Tum qꝛ eoꝝ ſan-
ctificatio nō cōprimebat in eis oēs motꝰ il-
licitos Tum qꝛ eoꝝ ſctitas nō extinguebat
oēm motū corꝑalē vel ꝯcupiſcentiā in alijs
aſpiciētibꝫ eos. imo plīme ſctē ꝟgīes vt Ka
therina: Margaretha ⁊c̄. concupite ſunt: ⁊
q̄a nō ꝯſenſerūt: martyriſate ſunt. Sed in
beata ꝟgine grā ſctificatōis etiā in alijs oī-
bus ꝯcupīe motū extinguebat. ꝓut latiꝰ de
hoc ſupra patuit li. v. pte. ij. arti. ij. ca. iij. vbi
et rōnes notanť. Deniqꝫ in ſecūda ſctifi-
catiōe qn̄ ſcꝫ xp̄m ꝯcepit btā ꝟgo habuit ſu
ꝑ ꝓmiſſa q̄rtū maximū ꝓuilegium ſcꝫ ꝙ fuit
cōfirmata in bono ſupnaturali ⁊ certificata
de btitudine ꝑenni:qđ nemini viatori ē da
tū. Adeo em̄ ſpūſſctūs in eā ſuꝑuenit ꝙ fo-
mitē in ea oīno extinxit ⁊ inclinationē eiꝰ ab
ſtulit:atqꝫ oēm potentiā peccandi remouit.
⁊ liberū arbitriū eius ꝯfirmauit in bono vt
in cōtrariū ſcꝫ mortale vel veniale pctm̄ de
cetero flecti eſſet impoſſibile:qꝫuis ipſa bea
ta virgo remaneret in ſtatu vie. Vn̄ ait an-
gelus eidē di. Lu. j. Spūſſctūs ſuꝑueniet i
te. i. ſuꝑabūdabit: ⁊ ꝟtus altiſ. ⁊c̄. Ceteꝝ in
tercia ſctificatōe ſcꝫ in filij dei inhabitatiōe
ſuꝑ ꝑdicta: vt dicit Pe. aure. in ſuo cōpēdio
habuit hoc Quintum priuilegiū maximū
ꝙ tota fuit dedicata ad diuina: tota diuino
lumine plena: adeo ꝙ nō ſolū mens ſed etiā

corpus eius diuinitatis luce reſplēduit. q̄a
illū portauit in vtero q̄ eſt ſplendor paterne
glīe. Vn̄ Ezech. xliij: Ecce glīa dei iſrael in
grediet̃ ꝑ portā oriētalē. i. ꝑ btām ꝟginem: ⁊
terra. i. caro btē ꝟginis ſplēdebat a maieſta
te eiꝰ ſcꝫ xp̄i. Preterea in q̄rta ſctificatiōe
vicꝫ in aſſumptōe Sextū priuilegiū maxi-
mū habuit ꝙ ab oī miſeria mētis ⁊ corꝑis ē
exempta et in oīs boni fruitōe in glīa ꝯſum
mata vltimo fini. i. deo ꝯiūcta. Hec oīa do
ctores cōiter dicūt ſuꝑ ſniaꝝ li. q̄ s. Hoc tm̄
hic et ī ſilibꝫ obſerua ꝙ vicꝫ noſtri doctores
q̄ tenent Mariā fuiſſe ꝯceptā ſine pctō ori
ginali aliter ſentiūt de fomite ꝙ ſcꝫ in maria
nō fuerit niſi cauſaliter ẜm legem ꝓpagātiuꝫ
⁊c̄. Ecce quia deus fecit Marie magna.

Capitulū. III. de priuilegio naturalis ꝑ-
fectōnis in qua fecit deus magna Marie.

Tercia ſtella dici
tur naturalis ꝑfectio: in qua fecit
deus Marie maxima priuilegia
et plura. Primo quia eam fecit tā in aīa
qꝫ in corꝑe dignīſſimā. vt ſcꝫ foret aptiſſimū
habitaculū tanti regis altiſſimi. Vn̄ canit
eccl'ia: Oīpotens. ſ. deꝰ q̄ glīoſe ꝟginis ma-
tris Marie corpꝰ ⁊ aīam vt dignū filij tui
habitaculū efficeret̃ cooꝑante ſpūſancto ꝑ-
paraſti ⁊c̄. Miro g̃ mō eā ſpūſſctūs dota-
uerat in naturali ꝑfectōne tā q̄ ad aīam qꝫ q̄
ad corpꝰ vt eſſet ꝑ oībꝫ etiā angelicis creatu
ris digniſſima ad hoſpitādum in ſe ſummū
regē glīe: tanqꝫ vera mater eū ꝯcipiēdo ⁊ pa
riendo. Sed hic q̄ſtio moueť Quoto an
no etatis ſue btā virgo xp̄m apta fuit ſuſci-
pere in vteꝝ vt eū ꝯcepit. Ad hoc aliqui
dicunt ꝙ poſt. xviij. annos. qꝛ tūc mulieres
vel puelle ſunt ꝑfectioris etatis ad ꝑfectio-
rem ꝓlē gignēdā: qualis fuit xp̄s. Sꝫ iſtō
in ea nō habet locū nec impediuit ꝯceptio-
nis ꝑfectōem. qꝛ ſpūſſctūs ei tribuit ꝑfectiſ
ſimū adiutoriū ⁊ plenā ꝑfectionē nature ad
cōcipiendū xp̄m ꝟtute ſpūſſcti. Rn̄deť g̃ ſi
cut pie crediť ꝙ btā ꝟgo habuit duodecim
annos vel modico plus qn̄ xp̄m ꝯcepit. Et
hoc ſic ꝓbať. qꝛ xp̄s ex ſūme charitatis fon
te feſtinauit tā cito ꝓ noſtre ſalutis opatōne
ſicut potuit ad virgīs optatū habitaculum
iuxta illud ps̄. Exultauit vt gigas ad currē
dā viā: a ſūmo celo egreſ. ⁊c̄. Sed etas in q̄
mulieres poſſunt vel ſolent generare eſt cō-

muniter a duodecim annis cōpletꝭ vſq̧ ad xliiij. annū. ergo duodecimo anno xp̄m cōcepit. Cōfirmaṫ: qꝛ chriſtꝰ poſt ſuū ortum ad mortē feſtinabat q̄ntū poterat iuxta illō Luce. xij. Baptiſmo habeo baptiſari. i. ſanguinis effuſione ꝛ coartoꝛ donec pficiā. ergo nec minus feſtinauit ad incarnatiōem q̄ nō minus ſacramētū erat dignū. Itē qꝛ virgines que i tēplo erāt mox vt ad annos nubiles pueniebāt dabanṫ ad deſpōſationez. ſed annus nubilis deſpōſatōiſq̧ eſt annus duodecimꝰ in q̄ pōt puella cōcipe. vt patet extra ō deſpōſatiōe impuberꝫ ca. Puberes. et ca. Cōtinebaṫ. Hic ḡ crediṫ ꝙ duodecīo anno cōpleto ſit deſpōſata ꝛ xp̄m tūc concepit. Hoc ſuppoſito ſequunṫ aliq̄ ꝯcluſiones. Prima ꝙ mr̄ dei habuit. xxv. annos qñ xp̄m amiſit ꝛ in tēplo reperit. qꝛ tūc xp̄s habuit duodecim annos. Secūda ꝙ. xlij annos habuit qñ xp̄s denuo p̄dicare cepit poſt ſuū baptiſmū ꝛ p̄mū miraculū aquam in vinū ꝯuertēdo fecit. quia tūc xp̄s habuit xxx. annos Luc. iij. Tercia ꝙ ipſa habuit xlvj. annos qñ xp̄s mortuꝰ eſt. qꝛ chriſtꝰ dominꝰ triēnio docuit. Quarta ꝙ ipſa. lviij. cōpletos annos habuit qñ aſſumpta fuit. Nam duodecim annis crediṫ cōmuniꝰ ſupuixiſſe poſt paſſionē. ¶ Secūdo deꝰ fecit magna marie in naturali pfectōe. qꝛ eam fecit in cōplexiōe naturali ſaniſſimā ꝛ puriſſimā. Fuit em̄ p̄ aliis optime ſanguinee complexionis vt crediṫ. Nec mirū: qꝛ de eiꝰ puriſſimo ſanguine debebat formari caro xp̄i ſctiſſima. et fuit puriſſime nature et tpatiſſime vite vt nunq̄ aliquam egritudinē paſſa ſit. Sicut em̄ notāt doctores ſup. iij. diſt. iij ipſa ab initio ꝯceptiōis vſq̧quo vixit ſemp i puritate nature pſtitit donec naturali morte vicꝫ dulciſſima extincta fuit ſine dolore et ſine oī infirmitate: ꝛ ſine oī macula in omnium ṽtutū plenitudine vixit: vt videreṫ appropinquaſſe ſūme ad ſtatū innocētie ipſiꝰ ade. Tertio deꝰ fecit magna Marie i naturali pfectiōe. qꝛ eā ſup oīa indiuidua hūani generis fecit nobiliſſimā ꝛ pulcerrimam Nā vt ait phus. ij. phicoꝝ. Natura eſt vis inſita rebus ſilia ex ſilibꝫ pcreās. Niſi ḡ natura erret vel impediaṫ: filiꝰ erit ſilis pr̄i vel matri. Sed filius bt̄e ṽginis fuit nobiliſſimus ꝛ ſpecioſiſſimꝰ p̄ filiis hoīm: dicēte pſ. ergo ꝛ mr̄ eiꝰ. de hoc latiꝰ li. j. pte. ij. Quarto fecit deus magna in gratie pfectōe Marie. qꝛ oībꝫ gratiis nō ſolū gratuitis: ſed etiā gratis datis in oībꝫ aīe ſue potentiis ipſam impleuit: vt eſſet p oīa gratia plena. Nimirū eiꝰ ingeniū: memoria: intellectꝰ: ꝛ oēs anime vires ſup oēs alios hoīes viguerūt omni dono gr̄e plene ꝛ ad ṽtutū exercitia vicꝫ humilitatē: caſtitatē: patiētiam: mititatē: aliaſq̧ oēs virtutes naturalr̄ ꝛ ſingillatim inclinate. Illud ḡ apl̄i. j. Coꝛ. xij. de gratiis gratis datis ſcriptū qō aliis ſctis diuiſim eſſe donatū edocet vicꝫ. Alij inq̇t p ſpūm daṫ ſermo ſapīe. glo. in cōtemplatōe eternoꝝ. Alij ſermo ſcie. ſ. hūane: ſicut ſūt artes liberales. Alij fides in eodē ſpū. Alij gratia ſanitatū. glo. curādi infirmos. alij opatio ṽtutū. glo. opatio miraculoꝝ. alij ꝓphetia. glo. p̄dicere futura. alij diſcretio ſpirituum. glo. vt diſcernāt q̄ ſpū fiant opa. alij genera linguaꝝ. alij interptatio ſermonū. glo. expoſitio ſcripturaꝝ. Et pterea illud Eph. iiij. Alios q̇dem dedit apl̄os. alios euāgeliſtas. alios paſtores. ꝛ q̄cq̇d eſt aliud gr̄e ꝛ donoꝝ: oīa in beata ṽgine cōpletiſſime ſunt pfecta: dicēte angelo Aue gr̄a plena ꝛc̄. Adeo ꝙ nulla ei defuerit gr̄a. qꝛ vt dicit Damaſ. Ipſa a nullo illuſtriū vinciṫ. Vincereṫ aūt ſi in aliq̄ dono eſſet diminuta eius dignitas excellētiſſima. Ecce quia fecit dn̄s magna Marie in naturali pfectione.

De ꝓuilegio incōtaminabilis puritatꝭ in q̄ fecit deus magna Marie. Cap. IIII.

Quarta ſtella dicitur in cōtamīalit puríficatōis in q̄ deꝰ fecit magna Marie. Prio q̇dē qꝛ ipſam ſctificauit ꝛ purificauit in tātū vt nullā maculam ſiue originalis ſiue venialis ſiue mortalis culpe haberet. Naꝫ ipſa ṽgo fuit ab oī culpa īmunis. vt teſtaṫ Auguſt. li. de natura ꝛ gr̄a di. Si inq̇t oēs ſancti interrogarenṫ vtrū peccauerint. reſpōderēt: ſi dixerimꝰ qꝛ pctm̄ nō habemꝰ noſmet ipſos ſeducimꝰ ꝛ veritas in nobis non eſt. Excepta inquit hac ſctā ṽgīe ſcꝫ Maria ō q̄ nullā ꝓrſus cū de pctis agiṫ hr̄e volo ꝓpter honorē dn̄i q̄ſtionē. Inde em̄ ſcimꝰ ꝙ ei plus gratie ſit collatum ad vincenduꝫ ex omni pte pctm̄. q̄m̄ cōcipere ꝛ parere meruit illum quem nullum conſtat habuiſſe peccatum Hec Aug. Vnō Bonauen. ſup. iij.

diſt.iij.dicit ſe audiuiſſe narrari ꝙ ipſa cui/
dam pſone reuelauit ꝙ nunꝙ rephēdebat
eā cor ſuū in oī vita ſua. Scdo maximū fe
cit deꝰ ỽginē bn̄dictā purificādo. qꝛ eā fecit
tam ſctām ꝛ in puritate ſctitatis cōfirmauit
adeo ꝙ nunꝙ peccare poſſet etiaꝫ in mīmo
licet viatrix eſſet. Nimiruꝫ hoc ꝑuilegiū ſcꝫ
ĩpoſſibilitas peccādi ſpectat ad ſtatū cōpre
hēſoꝝ ſiue patrie. qꝛ ergo btā ỽgo ex hoc ꝙ
filiū dei cōcepit nō eſt poſita extra ſtatū via
toris: imo ipa mori potuit ꝛ d facto mortua
eſt. Et qm̄ vt dicit Aug. potētia moriēdi cō
ſequiꝛ potētiā peccādi q̄ codeꝫ paſſu currūt
vt nō potiꝰ tollaꝛ potētia peccādi ꝙ poten/
tia moriendi. Mixꝫ ergo videꝛ quō btā vir
go nō potuit peccare et tn̄ potuit mori. Sꝫ
has difficultates ſoluit Bonauen̄. ſup .iij.
diſtin. iij. ꝙ vicꝫ q̄ntum eſt de lege cōi: ipoſ/
ſibilitas peccādi ſpectat ad ſtatū pr̄ie. Sed
nihil impedit q̄n de gr̄a ſpeciali id qđ aliis
cōiter daꝛ in patria ꝯcedaꝛ in via illi pſone
ꝑcipue q̄ in terris degens regina erat eoꝝ
q̄ exultant in celis. Deniꝙ de potētia mo
riendi ꝛ potētia peccādi nō eſt ſil'e in beata
virgine, p eo ꝙ nō fuit decens filiū dei habe
re matrē imortalē cū ipſe factꝰ eſt mortalis.
ſed valde indecēs eſſet ſi haberet matrē pec
catricē. Debuit ergo mater dei oīno immu/
nis eſſe a peccato: ꝛ a potētia peccādi debu
it eſſe aliena poſt filij ꝯceptionē. vt ſicut im/
poſſibile erat matrē dī dānari: ita ꝛ impoſſi
bile foret labi. Et rō: q̄a dignioꝛ fuit mater
xp̄i effecta ꝙ ſit aliq̄s angelus in celo. Si g̊
angeli in celo ſunt ꝯfirmati in gratia multo
magis mater dei. Sed di. vnđ hoc ꝙ be
ata virgo nunꝙ peccare potuit cum in hac
vita tēpeſtuoſa fuerit: vbi tota hoīs vita tē/
tatio eſt. Job. vij. Militia eſt vita hoīs ſu/
per terrā. potuit ergo ꝛ virgo btā tentari ſal
tem ab extrinſeco occaſione accepta p q̄nꝙ
ſenſus vel a diabolo q̄ eſt mille artifex in tē/
tando: q̄ etiam ipm xp̄m nō fuit reueritꝰ ten
tare. Reſpōdeꝛ ſcḋm doctores cōiter ꝙ be
ata ỽgo potuit q̄dē ab hoſte vel ab extrinſe
ca occaſione tentari foris, ſed nunꝙ ab itra
tentationis alicuius motus effectū vel in/
citamentū ipſa habuit. Et hoc erat ex trib͛
cauſis. Primo ex fomitis ligatōe et extin
ctione ꝯcupiſcētie que ad malū nō icitabat.
nec a bono retrahebat. vt patuit ſup̄ Nam
contingit aliq̄n habitum ligari ne in actuꝫ
exeat p vicium. ſicut ſcia p ebrietatē ligatur.
vt dicit ph̄s. vij. Ethicoꝝ. Aliq̄n p defectū
naturalē vt in pueris ꝯcupia ligata cerniꝛ.
Multo fortiꝰ p dei donū ligaꝛ fomes. ſicut
in btā virgine fuit ligatus p diuinā gratiaꝫ
eius ſenſualitatē ab oī motu inordinato ꝓ/
hibentē. vt dicit Tho. iij. ſcripto ſniaꝝ. diſt.
iij. Secundo igitur hoc fuit ex operatōne
gratie que in bonum eam ordinabat infle/
ctibiliter ꝛ in deo iugiter cōtemplādo quie
tabat mentē eius ꝛ tranq̄lla deuotione etiā
in exterioꝛib͛ actiōib͛ in ipſo .ſ. deo ſuſpen/
ſam manere faciebat vt tota in deo viueret
et tota deo plena nō niſi deū in ſenſib͛ ꝛ acti
bus oīa in ipm debite ordinādo ſentiret.
Tercio ex conſeruatōe diuie ꝓuidētie qua
angelos cuſtodes ſibi taliter diſpoſuerat vt
eam cuſtodirent ab omi nociua materia tē
tationis q̄tinꝰ diuina ꝓuidētia intacta ꝛ im
maculata cuſtodireꝛ ab oī offenſa etiam co
gitationū. ſi em̄ in ꝑmo ſtatu hoīeꝫ deus cu
ſtodiuit ab oī nociuo: multo fortius matreꝫ
ſuam. Magna ergo fecit deus in Maria
ipſam purificando ꝑmiſſis modis. Ter/
cio tamen ſup hec maximū fecit deus Ma
rie in eius puritate quia ipſam in tantū pu
ram fecit vt maioꝛ ſub deo puritas intelligi
non poſſit: teſte Anſelmo de conceptu vir/
ginali. Unde ipſam puraꝫ fecit deus ſuper
omnes non ſolū homines vel terreſtres cre
aturas. ſed etiā angelos celeſtes ꝛc̄.

De priuilegio virginalis fecūdatiōis in
qua fecit deus maxima ipſi beate Marie.

Capitulum. V.

QUinta ſtella di
ciꝛ virginalis fecundatio: in qua
deus fecit Marie magna priui/
legia. Primū quia eſt de ſpirituſancto fe/
cundata. Secundū quia ſine grauamie
grauida. ꝙuis em̄ matres cetere in portan
do ꝓlem in vtero iā poſt pctm̄ habeāt gra/
uamē ꝛ laborē vt dꝛ Thob. iiij. beata tn̄ vir
go nullā grauedinē ſenſit ſcḋm Alb. ſup miſ/
ſus. huiꝰ rō ꝑma: qꝛ ꝯcepit ſcḋm ſtatū inocen
tie. i. ſine corruptōne ꝛ ſine pctō miraculoſe
Un̄ ſic in illo ſtatu innocētie nō fuiſſꝫ gra/
uamē in matre portāte fetū: ita in btā ỽgine
Maria qꝛ corpꝰ ꝓpriū nō grauat habentē:
ſicut nec fructꝰ vnitꝰ arborē. ſic naturalr̄ cor
pus xp̄i et matris eius virginis quaſi vnuꝫ

naturaliter nõ grauabat. Terciũ priuilegium: qꝛ extitit ſine dolore puerpa. dolor eniꝫ partꝰ datꝰ eſt matribꝫ in penã poſt pctm̃ cõcipiẽtibꝫ cũ libidie. qḋ nõ fuit in ꝟgie: quia partꝰ ꝟgis fuit miraculoſus ſicut ⁊ ꝯceptꝰ. Vñ xp̃s ſine oĩ leſione exiuit de vtero virginis ſaluo ſignaclo ꝟginali. qḋ ꝓphetauerat Ezech. de clauſa porta. et Eſa. vij. Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiũ ⁊c. Quartũ qꝛ ipſa virgo mr̃ lactauit filiũ vbere de celo pleno. ſicut canit eccl'ia. Neſciẽs inq̇t mr̃ virgo virũ pepit ſine dolore ſaluatorẽ ſeculoꝝ. Ipm regẽ angeloꝝ ſola ꝟgo lactabat vbere de celo pleno. Quintũ priuilegiũ ꝙ ipſa eſt virgo ꝟginũ. qꝛ nec ꝓmã ſimilẽ viſa eſt nec habere ſeq̄ntẽ. Sextũ: qꝛ ipſa eſt ꝟgo ⁊ mr̃ ſil' et vtrũq3 fuit ſũme meritoriũ. eiꝰ eñ ꝑfectiſſima ꝟginitas fuit ꝑfectiſſima ĩtegras cordis ⁊ corpis ex radice ſũme charitatis voto firmata. Vñ dixit angelo. Quõ fiet iſtud qm̃ virũ nõ ꝯgnoſcõ Luc. j. Ex quo accipit̃ ſm̃ Aug. ꝙ vouerat virũ ſe nõ cognoſcituram. Eiꝰ q̇ꝫ mr̃nitas fuit ſibi ſũme meritoria q̇a de cõgruo meruit merito fidei: ſpei: ⁊ charitatis atq3 ꝓfundiſſime hũilitat' fieri mr̃ dei Ideo Lu. ij. ait. Reſpexit hũilitateꝫ ancille ſue. Ecce q̇̄ magna fecit dñs Marie.

De priuilegio diuinalis inhabitatõis in q̄ fecit deus magna Marie. Caplm̃ VI.

Sexta ſtella priuilegioꝝ dr̃ diuinalis inhabitatio. qꝛ deus ipẽ tota plenitudine habitauit in ꝟgine nõ vno die ſed nouẽ mẽſibꝫ. Propter qḋ ipſa btã ꝟgo pl'ima nomĩa dignitat' obtinuit qꝛ aliqñ in ſcriptura ipſa denoĩat̃ celũ: iuxta illud ps. Dñs ĩ celo parauit ſedẽ ſuam ⁊ regnũ ipſiꝰ oĩbꝫ dñabitur Celũ eñ dr̃ a celando qꝛ ibi celat̃ gl'ia dei ⁊ ſanctoꝝ: ita in btã virgine dei maieſtas celata fuit nouẽ mẽſibꝫ vbi parauit dñs ſedeꝫ. i. hũanitatẽ xp̃i in q̄ req̇euit ⁊ req̇eſcit in eternũ deus hõ factꝰ. Aliqñ denomiat̃ ciuitas dei: iuxta illud p̃s. Glioſa dicta ſunt de te ciuitas dei. ⁊ Eccl. xxiiij. ait diuina ſapia. In ciuitate ſctificata ſimil'r req̇eui. i. in btã ꝟgine. Nam ſicut ciuitas dr̃ a ciuiũ vnitate: ita in btã ꝟgine fuit pleniſſima vnio oĩm potẽtiaꝝ aĩe in deũ: nec caro ꝯcupiſcebat aduerſus carnẽ. Vñ Odilio in ſermone. Pro certo ſcimꝰ ait quia oĩs actio Marie ĩtẽta ſp fuit in dño Nec eñ eſt ciuitas in q̄ teſte p̃s. magnꝰ dñs ⁊ laudabilis nimis. Deniq3 aliqñ ipſa appellat̃ domus: tẽplũ: ⁊ thalamꝰ dĩ Sicut ⁊ canit eccl'ia. Domus pudici pectoris tẽplũ repẽte fit dei intacta neſciẽs viruꝫ ꝟ. ꝯce. fi. Et p̃s. Tanq̄ ſponſus. i. xp̃s ꝓcedẽs de thalamo. i. ꝟgine. Aliqñ etiã denoĩatur arca dei: thronus ⁊ ſedes dei. Sꝫ hũs et alijs dignitatis eiꝰ noĩbꝫ (qꝛ m'lte ſunt) ob breuitatẽ pretermiſſis: ad aliq̄s q̄ſtiões vtiles ꝯuertamur. Prima q̄ſtio Utrũ tanta ⁊ tali nobilitate maieſtate ⁊ ꝑfectione ac dignitate fuerit deꝰ in b. ꝟginis vtero ſicut fuit ab eterno ⁊ eſt in celo. Ad qḋ r̄ndet̃ breuit̃ ꝑ ꝯcluſionẽ iſtã ꝙ diuĩa nobilitas ĩ nullo diminuta eſt ex eo ꝙ hũanã naturã aſſũpſit in virgis vtero. Vñ leo papa in ſermone de circũciſiõe ait In vtraq3 natura idẽ ẽ dei filiꝰ noſtra ſuſcipiẽs ⁊ ꝓpria nõ amittẽs. Deitas etiã que illi cũ p̃re cõis eſt nullũ detrimentũ oĩpotẽtie ſubijt: nec dei formã forma ſerui violauit. qꝛ ſũma ⁊ ſempiterna deitas noſtrã q̇dem naturã aſſumẽdo nos ĩ ſuam gl'iam trãſtulit. ſed qḋ erat eſſe nõ deſijt Hec ille. Unde tota trinitas ita ꝑfecte ĩ btã virgine ſicut in celo hĩtauit. Nam chriſtus dei filiꝰ ꝓtũc cum erat in vtero virginis ita ꝑfecte generabat̃ a deo patre ſicut ab eterno erat genitus tanq̄ lumẽ de lumĩe: deꝰ verus de deo vero. Item ita ꝑfecte ꝓducebat tunc in vtero ꝟginis ſpũmſctm̃: et glorificabat omnes angelos ipſius diuinitatem intuẽdo: ⁊ ꝯſeruabat totũ mũdũ ac diſponebat oĩa q̄ volebat in mundo. ⁊ ſciebat oĩa q̄ ſunt fuerũt ⁊ erunt: ſicut in celo. ⁊ ſic ḋ alijs. Secũda q̄ſtio Utꝝ eque ꝑfecto modo ſit xp̃s in euchariſtie ſacro ſic̃ fuit ĩ virgis vtero. Pro q̄ q̄ſtione nota ꝙ q̄uis idem corpꝰ xp̃i ſit in ſacro qḋ fuit in ꝟginis vtero: tamẽ differẽter. qꝛ in ſacro eſt corpꝰ gl'ificatuꝫ ſub alijs ſpẽbꝫ velatuꝫ. In ꝟgie aũt fuit corpus mortale paſſibile ⁊ cũ ꝓprijs q̄litatibꝫ ſociatũ. Itẽ xp̃s in inſtãti ꝯceptõis fuit ꝑfectus hõ cum oĩbꝫ cõditionibꝫ hũanis. ſed in eucharistia nõ eſt cũ ꝯditõibꝫ humanis Reſpõdet̃ ꝙ ꝙ xp̃s fuit in vtero ꝟgis modo mirabiliori hũiliatõis q̄̄ in ſacro. Sed ĩ ſacro eſt modo ꝑfectiori dignitatis. Naꝫ in ſacro eſt impaſſibilis ⁊ ĩmortalis. Sed valde fuit mirũ ꝙ deꝰ in vtero virginis ad tãtum ſe hũiliaret: vt tam vilis tã ꝑuus ⁊ tã paup ap

pareret. Proinde Hiere. xxxi. Nouū faciet
dñs: femīa circūdabit virꝝ. Nouū. i. admi
ratione dignuꝫ. Itē deus in hoſtia cū ſit in
pluribꝫ locis ſimul: magis appropinq̄t ꝓprie
tati diuini eſſe. qꝛ ꝓpriū dei eſt eſſe ſimꝉ ī plu
ribꝫ locis ꝛ vbiq̄. Sed in vtero ꝟgis rōnē
eſſendi vbiq̄ nō obtinuit xp̄s. quia erat ſic
clauſus ꝙ non poterat eſſe eodē mō in alio
vtero vel alibi. ergo mirabiliori mō hūilita
tis fuit in vtero q̄ȝ in ſacro. Tercia q̄ſtio
Utrū b. ꝟgo ꝑfectiori mō ꝛ digniori ſuſce
pit xp̄m in vtero q̄ȝ ſuſcipiāt fideles cōican
do in ſacro. Rñdeꝛ ꝙ ſic. ꝛ declaraꝛ rōnibꝫ
Primo qꝛ q̄nto q̄s eſt magis diſpoſitꝰ per
gratiā ad xp̄m ſuſcipiendū tāto dignꝰ illuꝫ
ſuſcipit. Sed ꝟgo btā fuit p̄diſpoſita ꝑ gra
tiā ſuꝑ oēs. ergo ꝛc̄. Secūdo qꝛ q̄ntūcūq̄ q̄s
digne cōicet nō p̄t euitare veniale peccatū.
Sed btā ꝟgo nunq̄ȝ etiaꝫ venialꝛ peccauit
igiꝛ ꝛc̄. Tercio qꝛ aliis xp̄m ī cōione ſuſci
piētibꝫ vniꝛ xp̄s ꝑ grāꝫ tm̄. ſed b. ꝟgini vni
tus erat xp̄s nō ſolū ꝑ grāꝫ ſed etiā ꝑ carnis
aſſūpte naturā. Uere ergo glīoſiſſima eſt Ma
ria ꝟgo cui deꝰ inhītādo fecit magna.

Capl'm. VII. de p̄uilegio mētalis illuſtra
tionis in qua fecit deus magna Marie.

Septia ſtella dici
tur mētalis illuſtratio: in q̄ deꝰ fe
cit Marie maria. qꝛ eius aīe po
tētias miro lumīe diuīe ſapīe ꝑ oīa illuſtra
uit ex ꝟbo diuino incarnato in eiꝰ vtero ma
nente. Ubi nota plures veritates ſm̄ do
ctores. p̄cipue magiſtrū Ambroſiū Carui
ſinū ordīs fratrū carmelitaꝝ in ſuis ſermo
nibꝫ poſitas. Prima veritas ꝙ eternū ver
bum qđ eſt ſūma ſapīa patris adeo animaꝫ
ꝟginis irradiauit vt naturā oēm et ſpēm ac
ꝓprietates ꝛ virtutes cūctoꝝ elemētoꝝ ꝛ ī eis
exiſtentiū ꝑfectiſſime cognoſceret. Uñ oēm
naturā terre cognouit quō. ſ. fuerit ꝓducta:
et quō diuerſaꝝ ſpēꝝ entia ſunt et ꝓducunꝛ
in ea. et q̄lis ſit eoꝝ natura: vt oīm herbarū
plātaꝝ: radicū: fructuū: floꝝ: ꝛ oīm lapiduꝫ:
gēmaꝝ ꝛ cūctoꝝ metalloꝝ: auri: argēti: eris:
plūbi Et breuiter oīm terrenaſcentiū. Itē
cognouit ꝑfectiſſime naturā oēm aq̄ꝝ mariꝫ
fluminū: fontiū: torrentiū: ꝛ oīm in eis piſci
um ꝛ ſpēs eoꝝ ꝛ oīm in aq̄ naſcentiū et ð ea
viuentiū. Itē oēm aeriꝫ naturā ꝛ in eo exi
ſtētiū: auiū ꝛ ſimiliū ſpecieꝝ ꝛ volatiliuꝫ cū
ctoꝝ atq̄ȝ oīm ventoꝝ ꝛ flatuū ꝛ quā virtu
tem habent ꝛ eoꝝ generatōeꝫ ꝑfectiſſime co
gnouit. Itē naturā ignis ꝛ eius ſpere ꝛ eiꝰ
ambitū ꝛ ꝟtutē eiꝰ ꝛ ſubtilitatē Et q̄cq̄d ē in
elemētis pleniſſime cognouit. Secunda
veritas Idē ꝟbū eternū adeo intellectū vir
ginis illūinauit vt naturā: cōditioneꝫ: ꝛ nu
merū oīm aīaꝝ ꝛ oīm indiuiduoꝝ aīatoꝝ: ꝛ
q̄t de hoībꝫ viui erant ꝛ q̄t mortui: q̄t ſalua
ti: q̄t dāṅati ꝑfectiſſime cognoſceret. Ter
cia veritas Idē ꝟbū ſic aīam ꝟgīs illuſtra
uit: vt oēs artes ꝛ ſcīas liberales ꝛ mecha
nicas pleniſſime ſciret. vt patuit etiā li. vii.
de hoc latiſſime. Quarta veritas Idē ver
bū ſic ꝟginē illūinauit vt naturā oīm celeſti
um ſperaꝝ ꝛ diſtantiā orbiū lune: mercurii:
veneris: ſolis: martis: iouis: ſaturni: ꝛ ſpiſſi
tudinē eaꝝ ꝛ influentiā ac ꝟtutū oīm ſtella
rū firmamēti: ꝛ celi criſtallini ꝛ empirei ꝓpri
etates ꝑfectiſſime cognoſceret. Quīta ve
ritas Idē verbū ſic virginē illūinauit vt na
turā: virtutē: numerū: ꝛ diſtinctōem: officia
q̄ȝ oīm angeloꝝ ꝛ btōꝝ ſpirituū ordinū: ſera
phin: cherubin ꝛc̄. ꝑfecte ꝯgnouerit. Sex
ta Idem ꝟbū ſic ꝟginē illūinauit vt ꝑfectiſ
ſime cognoſceret ſctām trinitatē ſcꝫ quō pa
ter a ſe eſt: filiꝰ quō a patre generaꝛ: ꝛ ſpūſſā
ctus ab vtroq̄ȝ quō ꝓcedit. Septia Idē
ꝟbū ſic ꝟginē illūinauit vt naturā: numerū:
officia: penaſq̄ȝ oīm demonū. ꝛ q̄t anīe ſunt
in īferno vel purgatorio vꝉ alibi ꝛ q̄les pe
nas patianꝛ: ꝛ oīm vitioꝝ grauitatē ꝛ debi
tā penā ꝑfecte ꝯgnoſceret Et vt breuiter ſin
gula cōprehēdā: oīm reꝝ tā ſuꝑnoꝝ q̄ȝ infer
norū tā exterioꝝ q̄ȝ interioꝝ ꝑfectā cognitio
nē hūane nature poſſibilē hec ꝟgo a ſuo di
lecto filio pleniſſime ſuſcepit. De aūt ꝟita
tates ꝑſuadenꝛ rōnibꝫ talibꝫ. Prio q̄dē qꝛ
mr̄ dei oī grā plena fuit. ergo ei nullū bonū de
fuit. Ceteriꝫ em̄ ꝑ ꝑtes: marie ꝟo ſe totā infu
dit grē plenitudo. vt dič Hiero. ſer. de aſſū.
Sꝫ qꝛ oīs ſcīa eſt de nūero bonoꝝ honora
biliū. vt ð2. i. ð aīa. ergo oēm ſcīaꝫ habuit. Cō
firmaꝛ. qꝛ oēs docto. ꝯcedūt ꝙ mox vt ꝟgo
cepit eē mr̄ dei: ī eā oēs grē poſſibiles hūa
ne creature cū bñdicto ꝟbo ꝑiter deſcēderūt.
iuxta illđ Sap. vii. Uenerūt mihi oīa bona
ꝑiter cū illa. ſ. ſapīa dī pr̄is. vñ ītellectꝰ ſera
phin ꝯgſcit naturā ſui ordīs. ſilr̄ ꝛ de aliis.
etem̄ ſingli ꝯgſcūt naꝛaꝫ ꝓpaꝫ: ꝛ ipi naꝛaꝫ ce
li ꝛ planetaꝝ ſtellaꝝ treſtriūq̄ȝ ꝛ aīaliū: aut

oĩces aut aliq̃. Quid ḡ obſtat ꝙ btã virgo
in lumĩe Jeſu q̃ illũinat oẽm hoĩem venien
tem in hũc mũdũ: vt ſcribit Joh. j. in ipſo lu
mine in q̃ oĩa relucẽt ipſam pleniſſime inha
bitãte: oĩa cerneret ꝛ noſceret. Sicut em̃ in
lumĩe ſolis multa videnť q̃ ſine minime vi-
derenť. qꝛ lumẽ vt dꝛ. ij. de aĩa. facit potẽtia
colores actu colores. i. actu viſibiles. ita in
luce diuina videnť occulta nobis. vñ Gre-
go. Quid eſt qđ non videant q̃ videntẽ oĩa
vidẽt. Alia rõ. quia ſi de q̃ minꝰ videť ieſſe
et ineſt: ꝛ de q̃ magis. ij. Thopicoꝝ. Sed le
gimꝰ aliquos etiã infideles vt Areſtotelez ꝛ
phꝰos alios habuiſſe ſciam rerũ naturaliũ
ꝑmultaꝝ. Aliq̃s aũt ſctõs legimꝰ in ĩfantia
mirabili lumĩe ꝑluſtratos vt Johẽm bapti
ſtã. Nicolaũ ꝛc̃. Alios q̃ꝫ futuroꝝ noticiaꝫ
ꝑ viſiões ꝛ reuelatões ſuſcepiſſe. vt patꝫ de
ꝓphetis: alioſve certificatos de btĩtudĩe cõſe
q̃nda. Quid ḡ mirꝝ ſi btẽ ꝟgini q̃ fuit mr̃ di
ꝛ dña omniũ ſanctoꝝ ꝛ creaturarũ oĩs grã
alijs ꝑ partes ꝯceſſa ipſi pleniſſime et glio-
ſe fuerit accõmodata. patꝫ ergo qm̃ fecit do
minus Marie magna.

¶ Capitulum. VIII. de priuilegio materna
lis dignificatõnis in qua fecit deus magna
Marie.

OCtaua ſtella di-
citur maternalis dignificatio. Nã
deus btãm ꝟginẽ ꝓtulit dignita
te maternitatis tripľr. Vñ fecit ei maxĩa in h
ꝓuilegia. Primo qꝛ fecit eã matrẽ dei quo
maiꝰ eſſe nõ põt ſꝫm Albertuꝫ ſuꝑ miſſus ẽ.
et alios ꝯcorditer doctores. Nã aliq̃ ſũt cre
ature q̃ ꝓ ꝑcipuo habẽt ꝓuilegio ꝙ ſunt ſer
ui dei dilecti: vt angeli. Aliq̃ ꝓ vt ſint ſerui
et amici dei: vt ſunt boni xpiani. iuxta illud
Joh. xv. Jã nõ dicã vos ſuos ſed amicos
ꝛc̃. Et iteꝝ. Vos amici mei eſtis ſi feceritis
q̃ ꝑcipio vobis Et tales etiã dicunť fratres
dei ꝛ filij dei ꝑ adoptõis grãꝫ. Joh. j. Quot
quot aũt receperũt eũ dedit eis ptãtem fili-
os dei fieri ꝛc̃. Et ca. xx. Vade ꝛ dic fratribꝰ
meis. i. apl'is ꝛ diſcipulis. Sꝫ hoꝝ oĩm ma
ximũ eſt eſſe matrẽ dei ſꝫm naturã a deo aſ-
ſumptã. Unde Anſel. dicit: ſolũ de ſctã ma
ria virgine ꝑdicare ꝙ dei mater eſt: excedit
oẽm altitudineꝫ q̃ poſt deũ dici vel cogitari
põt Hec ille. Rõ: quia eſſe matrẽ dei ſꝫm na
turã nõ ſolũ claudit in ſe eſſe amicũ vľ ami

cam: filiũ vel filiã dei ꝛ ſilia ꝑ grãm adopti-
uã: eoꝙ nõ aliter fieret mr̃ dei. Inſuꝑ notat
ꝙ ſit genitrix ꝛ origo dei ſꝫm eã naturaꝫ ſꝫm
quã deus eſt natꝰ ex ea. i. ſꝫm hũanitatẽ. Fra
ter aũt vel filiꝰ dei aut amicus et talia nõ di
cunt originatõem ꝯſiľem. In cuiꝰ ſignũ de
us ꝑcepit honorari patrẽ ꝛ matreꝫ ꝑ alijs. ſ.
fratribꝰ ꝛ amicis. qꝛ maiꝰ eſt eſſe matrẽ ꝑ alijs
Et hoc maximũ ꝯceſſuꝫ eſt beate virgini et
datũ. vt. ſ. ſit mater dei naturalis. Secun
do in hac dignitate vľ ꝑlatiõe maternitatis
fecit deus maximũ btẽ virgini. qꝛ eã fecit et
voluit vt ſit mater oĩm xpianoꝝ ĩ grã exiſtẽ
tiũ ſiue totiꝰ eccleſie chriſtiane vt latiꝰ patu-
it li. ix. ꝑte. ij. arť. ij. Preterea ꝑs. ait. Mater
ſyon dicet hõ: ꝛ hõ natꝰ eſt in ea ꝛ ipſe fun-
dauit eã altiſſimꝰ. Scđm em̃ trãſlationem
lxx. iterp̃tũ quã ſequiť btũs Augꝰ. ſuꝑ pſal
teriũ: hec locutio eſt obſcura. ꝛ põt ſic expo
ni. Homo dicet ſyon mater. Sed videndũ
eſt q̃s eſt iſte hõ q̃ dicit: et cui ſyon dicit. ꝛ q̃
q̃ matre dicit. Eſt aũt hõ iſte dñs Jeſus de
us ꝛ hõ q̃ natꝰ eſt in ea matre q̃ eſt ꝟgo: et ci
uitas dei dꝛ. ꝛ ipſe idem hõ eſt altiſſimꝰ deꝰ
q̃ fundauit eã ciuitatẽ. i. matrẽ ſuã in q̃ habi
tauit. Si q̃ris: cui ſyon dicit. Rñdeť ꝙ ſyõ
ſpũali. i. eccľie. Interp̃tať em̃ ſyon ſpecľatio
In eccľia aũt ſpeculamur deũ ꝑ fidẽ. Quid
aũt dicit iſte hõ Jeſus ſyon. i. eccľie. Rñdeť
illud mater. ſ. eſt tibi: patrẽ hẽbas miſcdiaꝝ
deũ. accipe ꝛ matrẽ miſcdie reginam. Ecce
mater tua o ſyon o eccleſia. q̃ eſt mater mea
naturalis: volo vt ſit et tua mater ſpiritua-
lis. Sed quia iudeus ꝑfidus nullo modo
vult hoc credere ꝙ ipſa ſit mater dei et ho-
minis. Et ſꝫm hoc dicit trãſlatio noſtra que
fuit beati Hieronimi Nunquid ſyon dicet
homo id eſt nunquid ipſi ſyon id eſt iudeo-
rum ſinagoge dicet homo quicunq̃ꝫ q̃ntũ-
cunq̃ꝫ ſingľaris ꝑdicator ꝛ doctor vt ad cre
dendũ poſſit inducere ſyon. i. ſinagogã iude
orũ: cuiꝰ cultus erat in tẽplo. quod q̃dem tẽ
plum erat ibi id eſt in ſyon materiali. Nun
quid dicet iſtã veritatẽ mirabileꝫ: vt credat
eam quam veritatẽ ſubdam. quaſi di. non.
Nã neq̃ꝫ Petrꝰ apl'us neq̃ꝫ paulus vel alij
apli: neq̃ꝫ ipſe xp̃s. quia ꝓpl'us iudeoꝝ nullo
mõ vult credere hãc veritatẽ vicꝫ hõ chri-
ſtus natꝰ eſt in ea ciuitate dauid. i. in btã vir
gine Maria. Et ipſe q̃ natꝰ eſt in ea chriſtꝰ
eſt ille altiſſimus deus q̃ fundauit ꝛ creauit

eam. ꝓpter quã incredulitatẽ populus iudeorũ damnat̃. Eſt itaq; btã virgo mr̃ oĩm electoꝝ: mater inquã ſpũalis. q2 ipſa oẽs genuit in eſſe ſpũale. i. in eſſe gr̃e ꝑ filiuȝ. Et ideo ipſa dicit̃ mater gr̃e ⁊ mater miſcðie: vt canit eccleſia. Et ſicut ipſa pepit oẽs in maris dolorib9 cõpatiẽdo filio iuxta crucẽ. Unde Eſa. vi. ca. Parturiuit ſyon filios ſuos. i. beata virgo q̃ ſpeculabat̃ myſteriuȝ paſſionis chriſti. Syon eñ ſpeculatio interptat̃: ꝑturiuit ſumme cõpatiendo in dolorib9 filij. ſic exponit Albert9 ſup miſſus ẽ. Oẽs igit̃ xp̄iani in q̃cũq; neceſſitate debẽt ad ipſam matrẽ recurrere q̃ ſup oẽs affectuoſi9 ſalutem ⁊ oĩme bonũ ꝑli xp̄iani ꝓmouet. Nam q̃uis amor patris ad filiũ ſit ſolidior. amor tñ matris eſt tenerior. vt patȝ. ix. Ethicoꝝ. Et ido puulus magis recurrit ad matrẽ ꝑ his que vult petere q̃ ad patrẽ. q2 expꝑit̃ magis a matre obtinere. Sic nobis ꝓ gr̃a ⁊ miſcðia recurrendũ eſt ad matrẽ miſcðie in oĩ neceſſitate. vñ Berñ. In piculis: in anguſtijs iuoca Mariã ⁊c. Tertio ĩ hac dignitate maternitatȝ de9 fecit maximuȝ marie. q2 eã fecit matrẽ oĩm beatoꝝ celeſtiũ et angeloꝝ. quia oẽs ab ea acceperũt eſſe gl̃ie ⁊ btitudis celeſtis. q2 oẽs non tm̃ beati in celo ſed ⁊ angeli nõ niſi ꝑ ꝯgnitionẽ fidei xp̄i ⁊ ei9 mr̃is ſunt gloriã adepti. vt dicit Berñ. ſup illð Jone j. ca. Propter te orta eſt hec tẽpeſtas. ſic patuit li. v. ꝑte. j. ar. iij. ca. j. Et ideo Eccl. xxiiij. in ꝑſona btẽ ꝟginis ſcribit̃. Ego feci vt oriret̃ in celis lumẽ indeficiẽs. i. gl̃ie. Ecce patet quia fecit dñs Marie magna in maternã platione ⁊c. cum eã voluit vt oĩm bonorũ mater ſit. ſicut ⁊ Sap. vij. ſcribit̃. Et oĩs gratie ⁊ gl̃ie nõ ſolũ create ſed inſup ipſi9 increate. i. dei ⁊c.

¶ De ꝑuilegio hoc q2 mũdus ſaluatus eſt mediante btã Maria matre dei. Cap. IX.

Nona ſtella dicitur mũdi ſaluatio. q̃a mundus ꝑ btãm virginẽ eſt recupatus a ꝑditione ⁊ ſaluat9. vñ ipſa merito dicit̃ ſaluatrix ſeculi. ſicut ⁊ chriſt9 eius fili9 dr̃ ꝑcelletiſſime ſaluator mũdi. Et nota q2 ſeculum ſiue mũdus tot9 ꝑcipue tripl'r ſiue trib9 modis ẽ ſaluat9 a ꝑditõe ꝑ b. ꝟginẽ. Et ẽm hec tria ꝑcipua ꝑuilegia data ſũt in hoc a deo ipſi b. virgini. Primo q̃dẽ. q2 gr̃am ꝑditã in mũdo ipſa ſola ꝟgo ꝑma oĩm inuenit et mũdo recupauit ſine q̃ gratia nõ põt ſalus eſſe. Et idcirco angelus eidẽ ait Lu. j. Ne timeas Maria inueniſti gr̃am apud deũ. ſ. quã primi parẽtes ꝑdiderũt. Sed dĩ. Nũ Adam gr̃am ꝑditã ꝑ pctm̃ recupauit ꝑ pniãȝ. vt dr̃ de pe. di. j. ſicut ꝑmi. Sil'r ⁊ ſcti patres ĩ veteri teſtamẽto vt Abraã ⁊ Moyſes legunt̃ apud deũ gr̃aȝ ĩueniſſe. Deniq; angeli prius q̃ b. ꝟgo ĩ rẽ gr̃e venerũt cũ. ſ. a ꝑncipio fuit eĩs collata gr̃a. Quõ ḡ ipſa btã ꝟgo dr̃ ꝓpꝛijſſime inuẽtrix gr̃e. Rñdet̃ ẽm Antho. in. iij. ꝑte ſumme q2 Adã ⁊ ſi ꝑ pniam recupauit ꝑditã gr̃am: h̄ tm̃ ꝑ ſe nõ ꝓ genere humano toto. ſic ⁊ Abraã ⁊ p̄res ve. teſt. Angeli aũt nõ dicunt̃ gr̃am inueniſſe. q2 nõ ꝑditã gratiã recupauerũt: ſed a ꝑncipio acceperũt collatã. Btã aũt maria ꝟgo ꝑditam a genere hũano gr̃am inuenit et recupauit ꝓ oĩb9. q2 per eã oẽs gr̃am ſaluificã rehabuerunt ꝟtual'r ꝑ filiũ ipam nob afferẽtẽ. Unñ Aug. in ſer. de natiuitate ꝟgis dic. O b. maria q̃s tibi digne iura gr̃aꝝ et laudũ ꝑconia valeat ĩpẽdere q̃ tuo ſinglari merito mũdo ſuccurriſti ꝑdito ⁊c. Scðo ꝑ ꝟgineȝ ꝑdit9 mũdus ẽ ſaluat9. q2 tot9 mũdus in tenebris erroꝝ poſit9 ꝑ ꝟginẽ bñdictam ꝑmo oĩm lumẽ ſalutifere fidei accepit ſine q̃ fide nõ põt eſſe ſalus: teſte apl'o Heb. xj. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. ꝓpter qð b. ꝟgo ꝓpꝛijſſime dr̃ illũĩnatrix ſeculi. Naȝ et maria illũĩnatrix vno mõ interptat̃ ẽm Hiero. Et declarat̃ ſic. Nã ꝑ illã tubã Johis baptiſte dicentẽ Ecce agn9 dei ⁊c. Andreas credidit per andreaȝ petr9 credidit. ꝑ petrũ roma. ꝑ romã credidit vniuerſus mũdus. ḡ a ꝑmo ad vltimũ ꝑ Johãnem credidit vniuerſus mũdus. Sed dic mihi a q̃ Johes lumẽ accepit niſi a btã virgie qñ ſolẽ xp̄m portãdo in vẽtre elizabeth viſitauit et Johem ſctificauit ⁊ illũĩnauit. ḡ tot9 mũdus ꝑ ꝟginẽ lumẽ fidei accepit ⁊ ſaluteȝ. Itẽ mũdus tot9 ydola adorãs diuerſa errabat. ꝑ aplos aũt ad verã fidẽ ꝯuerſus ẽ. ſȝ apl'oꝝ mgr̃a et doctrix erat b. maria. igit̃ ⁊c. Uñ de ipſa canit ecclĩa. Gaude maria ꝟgo cũctas hereſes ſola ĩteremiſti ĩ vniuerſo mũdo. ſ. ꝑ ꝑdicatõeȝ diſciploꝝ. Nec obſtat q2 antea patres vete. habuerũt fidẽ ſalutiferã de xp̄o. q̃a ⁊ hec eĩs data eſt in merito ꝑuiſo a deo ex futura xp̄i incarnatione de virgine. Tercio quia

p virginē ⁊ ipa mediāte mundus redēpt⁹ ex
dānatiōe extitit. vt ſicut canit eccl'ia Femīa
id eſt Eua dānauit: ita femia. i. Maria ſal-
uauit. Proinde ſm Alber. ſuper miſſus eſt
hoc p̄uilegiū magnū ſoli attribuit Marie.
q2 ipſa eſt adiutrix redēptōis hūane ⁊ medi
atrix. Tū q2 xp̄s ſm diuinitatē ſolā pati nō
potuit vt ſic redimeretur hō. ſed i carne de
virgine ſumpta paſſus eſt. Ipſa ḡ virgo be
ata ꝓtulit p̄ciū noſtre redēptōis. i. carnē xp̄i
afflictā ⁊ ſanguinē effuſum ꝓ nobis. Tū q3
q2 ipſa ſola cū xp̄o ꝓ nobis patiēte cōpaſſa
eſt: ⁊ ſibi ſoli cōicatio paſſionis donata eſt.
Quod ſic declarat. Cōicatio paſſiōis duo
importat. ſc3 fidē crucifixi dei et hoīs: ⁊ p ſe
paſſionē ex cōpaſſiōe patiētis. Et ſic fuit q̄-
druplex diuerſitas reſpectu dn̄ice paſſiōis.
Quidā em̄ nec fidē nec cōpaſſionē de chri-
ſto habebāt: vt ifideles: blaſphemātes: ⁊ de
mones. Quidā habuerūt cōpaſſionē ſ3 nō
fidē diuinitatis ſc3 apl'i: qm̄ oēs ſcādalū paſſi
ſunt. Et mulieres q̄b9 dn̄s dixit Filie hieru
ſalē nolite flere ſup me ⁊c. Lu. xxiij. Quidā3
habuerūt fidē vel cognitionē ſed nō cōpaſ-
ſionē vt angeli ⁊ patres in limbo. Sola aūt
beata virgo habuit fidē ⁊ cōpaſſionē p ſe. ⁊
ſic ſolius eſt hoc p̄uilegiū. Vn̄ ſicut tot⁹ mū
dus obligat deo p ſuā paſſionē: ita obligat
dn̄e p cōpaſſionē. Nec obſtat illd̓ Eſa. lxiij.
Torcular calcaui ſolus et de gentib9 nō eſt
vir mecū. q2 ſolū excludit viros: nō btā3 vir
ginē q̄ fuit mulier. Unde magna fecit deus
Marie in mūdi ſaluatiōe. q2 ipſa grām mū
do recupauit: ipſa mūdū illūinauit: ipſa me
diante hūanat⁹ xp̄s redemit mūdū.

Capl'm. X. de p̄uilegio repletiōis ⁊ exu-
berationis donoꝝ ſp̄uſſancti in btā maria
et q̄ꝫ maxima in hoc eidem ſunt collata.

Decima ſtella di-
cit donoꝝ exuberatio: in qua de
us fecit vtiq3 maxima Marie.
Primo q2 eam oī dono. ſ. ⁊ oī grā repleuit.
Scd̄o inſup q2 ipā3 adeo celeſtib9 bonis
impleuit vt de plenitudīe ei⁹ tot⁹ mūdus ac
cipe poſſit et habere grām. Idcirco Bern.
ait. Queram⁹ inq̄t fratres grām p Mariā:
q̄ ſic querit inuenit ⁊ pulſanti aperiet. Ipſa
em̄ omnib9 oīa facta eſt: omnib9 ſinū miſeri
cordie apit: vt de plenitudine eius accipiāt
vniuerſi. eger curationē: captiu⁹ redēptōe3:
triſtis cōſolatōem: pctōr veniā: iuſtus gra3:
angelus leticiā: filius dei carnis ſubſtātia3:
deniq3 tota trinitas gl'iam. Hec ille. Ter-
cio quia de⁹ nullū donū ſp̄uale ⁊ nullā gra3
in mūdo haberi voluit q̄n per man⁹ Ma-
rie trāſierit. vt dicit Anſelmus. ꝓpter quod
ipſa ab eccleſia honorat digniſſimis nomi-
nibus ad id ꝑtinentibus.

Primo quia dr̄ porta celi.
Secūdo quia dr̄ feneſtra celi.
Tercio quia ianua regis alti.

Primo inquā ipſa dr̄ porta celi. Unde cani
tur Aue maris ſtella dī mr̄ alma atq3 ſemp
virgo felix celi porta. Hoc aūt idcirco vt di
cit Alber. ſup miſſus eſt. ca. cxcj. q2 inq̄t per
virginē exiuit in mūdum q̄cquid vnq3 gra-
tie creatū vel increatū venit vel venturū fu
it. Ipſa em̄ oīm bonoꝝ mater eſt ⁊ mr̄ gra-
tie ⁊ mater miſericordie. Ideo porta celi de
nomiata eſt. q2 per ipſam intrauit q̄cq̄d de
terris in celos aſcēdit ⁊ ecōuerſo. Proprie-
tas em̄ porte eſt iportare et exportare. Hec
Alber. S3 di. Tamē etiā penitētia dicit
porta celi ⁊ mādata dei ⁊ crux xp̄i. quō ḡ at
tribuit beate virgini vt dicat porta celi. Re
ſpondet ſm eundem Albertū q2 ex q̄ ꝓprie-
tas porte eſt importare ⁊ exportare. peniten
tia aūt ⁊ mādata dei nō exportāt ſed tm̄ im
portant in celum: ꝓpter quod dicunt porta
celi. Beata virgo aūt vtrūq3 facit: ergo ma
gis proprie dicitur ipſa porta celi. Crux xp̄o
chriſti bene etiam dicit porta. Unde legit
q2 in templo fuerunt duo oſtia que ſiml' ape
riebant et ſimul claudebant: ita in celo hec
duo oſtia crux vel ipſe chriſtus et Maria.

Secundo ipſa virgo dr̄ feneſtra celi. quia
feneſtram intrat lux: ita p virginē lux de ce
lo chriſtus intrauit in mundū. Et ipſa lux q̄
de terra. i. de btā virgine orta eſt ſm carne3:
penetrauit celum. et ſic ipſa virgo eſt lux il-
luminans celum ⁊ etiam mūdum. Tercio
quoq3 dicit ianua regis alti. quia ipſe rex re
gum per ipſam venit in mundū. merito er
go canit eccleſia de ipſa Intrent vt aſtra fle
biles celi feneſtra facta es. Tu regis alti ia-
nua ⁊ porta lucis fulgida vita data per virgi
nem gētes redempte plaudite. Hec ſm Al
bertum.

Capitulū. XI. de priuilegio ſupexaltatio
nis beate Marie virginis in qua fecit de-
us in ipſa magna.

Vndecima ſtella
dicit̃ ſuperexcellẽs exaltatio in q̃
deus ꝟgini fecit magna, qꝛ ſuper
oẽs choros angeloꝝ ꝛ ſuꝑ oẽs ordines cre-
aturarũ celeſtiũ et terreſtriũ exaltauit vt ipa
ſit regina angeloꝝ et glioſa dña oĩm creatu
rarũ: mũdi aduocata: btõꝝ gloria: ac oĩ lau
de digniſſima: oĩ dignitate ꝑcellẽtiſſima. vt
patuit de hoc li. x. vbi de aſſumptõe ꝛ glifi-
catione atq̧ ſuperexaltatõe ꝛ celeſti dignifica
tione actũ eſt. Vñ canit de ipſa eccleſia. O
glioſa dña excelſa ſuꝑ ſidera q̃ te creauit ꝓ-
uide lactaſti ſacro vbere.

Capl'm. XII. de ꝑuilegio vniuerſalis ve
nerati͂ois beate Marie in qua fecit deꝰ ma
gna beate virgini.

Duodecima ſtel
la dꝛ vl'is veneratio in q̃ fecit de
us virgini magna, qꝛ fecit vt to-
tum vniuerſum ipſam veneret̃ ꝛ laudet taz
in terra q̧ in celo. Vñ ipſa ait Luc. ij. Ecce
eñi ex hoc btãm me dicẽt oẽs generatõẽs.
Itẽ Prouerb. vi. Viderũt eã filie ſyõ. i. ani
me ſctẽ ꝛ btiſſimã ꝑdicauerũt: ꝛ regĩe lauda
uerũt eã. Vt aũt enũerem' rerum genera
Primo nota: trinitas deꝰ eaz venerat' eſt et
bñdictã ꝑdicauit qñ ꝑ miſſum Gabrielẽ ar
chãgelũ ipſam ſalutauit di. Aue gratia ple
na dñs tecum: bñdicta tu in mulieribus.
Secũdo dei filius xp̃s venerat' eſt eã ſum
ma reuerẽtia: tam in vita: qꝛ erat ſubdit' ei
Lu. ij. et hoc in oĩ obſeq̃o vt fili' bon' ma-
tri: q̧ in morte ſua. qꝛ pendens in cruce: vi-
ce ſui diſcipulũ predilectũ eidẽ cõmendauit
in obſequiũ: ſolaciũ: ac venerandũ ſeruitiũ:
di. Ecce mr̃ tua Joh. xix. Deniq̧ ipſe chri-
ſtus btĩficauit eam in ꝑdicatõne qñ mulier
quedam de turba exclamauit di. Beatus
venter q̃ te portauit ꝛ vbera q̃ ſuxiſti. Naz
mox ſubiũxit xp̃s Quinimo: btĩ q̃ audiunt
verbũ dei ꝛc̃. Vbi tripliciter eaz btĩficauit.
Primo qꝛ in vtero xp̃m portauit. Secũ
do qꝛ eũ vbere ꝟgineo lactauit. Tercio qꝛ
verbũ dei audiuit ꝛ cuſtodiuit. Prima duo
inſinuant̃ cũ dixit Quinimo, vbi q̃ ad vtrũ
q̧ cõfirmat dicta mli'eris. ſ. Btũs vẽter q̃ te
portauit: ecce ꝑmũ. ꝛ vbera q̃ ſuxiſti: ecce ſe
cundũ. Terciũ cũ ſubdit Btĩ q̃ audiũt ver
bũ dei, qꝛ beata virgo ꝑfectius pre oĩbꝫ au
diuit ꝛ ſeruauit verbum dei. Tertio btãm
virginẽ venerata eſt creatura angelica ꝛ ve
nerat̃. Prio q̃dem in ſalutatione qñ ange
lus reuerẽter ſalutãdo eã adorauit di. Aue
gr̃a plena. Scdo ĩ natiuitate xp̃i qñ mul-
titudo angeloꝝ cecinit di. Glia ĩ excelſis deo
ꝛc̃. Tercio in ſui aſſumptione, vñ canit ec
cleſia. Aſſumpta eſt Maria gaudẽt angeli
laudãtes bñdi. dñm. Quarto tp̃e peſtilen
tiali Rome cũ btũs Grego. imaginẽ ꝟginis
ante ꝓceſſionẽ deferri faceret: viſi ſunt ange
li canẽtes in ei' laudẽ Regina celi letare alle
luia. Deniq̧ angeli mali eã cogunt vene-
rari in tantũ: vt audito ſolo eiꝰ noĩe cogant
effugari, ſic̃ patuit li. vj. Berñ. Vbi nomen
Marie inuocat̃ demonũ nocumentũ effu
gat̃, qꝛ maria terribilis vt caſtroꝝ acies or-
dinata deſcribit̃. et de hoc eodẽ libro patue
runt miracula. Quarto btãm virginẽ ve-
nerat̃ oĩs generatio hũana. Prima q̃dem
generatio iudeoꝝ, ſicut patz de Joſepho q̃
plura bona ſcripſit in li. antiq̃tatuz de xp̃o.
ꝛ vt ſ̃ ſcriptũ eſt dñs Bonaueñ. dicit ꝙ iu-
dei aſſerũt beatã ꝟginẽ fuiſſe pulcerrimã, ꝛ
hoc mirũ in ea: ꝙ a nullo viro potuit cõcu
piſci. Secũda generatio machometiſtaꝝ
qꝛ in alkarano, i. lege eoꝝ laudat̃ virgo bea
ta, vt patuit li. ij. ꝑte. iij. arti. ij. c. iiij. Et An-
thoninus florẽtin' in. iij. ꝑte ſue ſumme ſcri
bit ꝙ ſaraceni ꝛ thurci beatã virginẽ in tẽ-
plis ſuis adorãt ꝛ ei thurificãt, ꝛ nomen eiꝰ
in tãta reuerẽtia eſt apud eos ꝙ blaſphemã
tes eam graui pena mulctant̃. Tercia ge-
neratio latinoꝝ gẽtiliũ. vt patz de Virgilio
q̃ ſcribit in li. buccolicoꝝ Egloga. iiij. ꝟ. Jã
redit ꝛ virgo redeũt ſaturnia regna. ꝟ. Jam
noua ꝓgenies celo demit̃ alto. ꝟ. Nate mee
vires mea tu potentia ſolus ꝛc̃. Quãuis au
tẽ btũs Hiero. dicat Virgiliũ nõ hec intẽ-
diſſe de chriſto, tñ poſſibile eſt ꝙ ſicut etiaz
cayphas ꝓphetauit de ſalute mũdi ꝑ mor-
tem xp̃i futura di. Expedit vt vnus hõ mo
riat̃ ꝑ ꝓpl'o. licet hoc nõ intẽderit nec intelle
xerit, ita ꝛ Virgilius de xp̃o ꝛ matre eiꝰ bñ
dixerit. vt ſentit btũs Augꝰ. Ouidiꝰ quoq̧
poeta in li. de vetula ait O virgo felix: ꝟgo
ſignata ꝑ ſtellas Quis mihi tantũ det viue
re vt dignꝰ poſſim laudũ tuaꝝ ferre ꝑconia
Nã niſi tu fores deꝰ nõ ſumeret carnẽ, ex te
hic deꝰ oĩpotẽs. Nõ tñ credit̃ Ouidiũ illũ
librũ feciſſe, ſed aliquẽ fidelẽ Ouidio intitu

lãdo. Fuerũt etiã ſibille gẽtiles q̃ plĩma ſcri
pſere de xp̃o ⁊ mr̃e eiꝰ laudatoria: p̃dicendo
xp̃m Jeſum dei filiũ naſciturũ de ꝟgĩe ĩma
culata. He oẽs ſibille ſm Jſiđ. li. ethimo. at
q̧ Lact. in p̃mo li. diuiaꝝ inſti. fuere decem
Prima pſica q̃ fuit de pſis. Secũda libi
ca. Tercia delphica ĩ tẽplo delphici apol
linis genita: q̃ añ troiana bella vaticinata ẽ
cuiꝰ plĩmos ꝟſus opi ſuo Homerꝰ inſeruit
Quarta chimeria in ytalia. Quinta he
ricthrea q̃ vt Augꝰ. meminit. xviij. li. đ ciui.
dei ꝟſus q̃ſdã cõpoſuit de fine mũdi q̃ꝝ pri
me lr̃e iũcte ſonãt Jeſus xp̃s filiꝰ dei ſalua
tor. Dicta eſt aũt bericthrea. qꝛ in eadẽ inſu
la eiꝰ inuẽta ſunt carmina. Sexta ſamia a
ſamo inſula cognoĩata. Septima cuma
na q̃ eſt cumea de q̃ Uirgiliꝰ in Bucolicis
li. v. recolit. Octaua cleſpõtina in agro tro
iano nata. Nona phrigia. Decia tiburti
na q̃ oẽs diuĩtatẽ xp̃i ⁊ eiꝰ natiuitatẽ ex ꝟgi
ne btã cõmẽdãdo ꝑ longa añ tp̃a ꝓphetaue
runt. q̃ꝝ dicta ſingulaꝝ qꝛ lõgiſſimũ foret h̃
ſcribere: ſaltẽ ſufficiat hic inſeruiſſe ꝓphiam
ſibille delphice q̃ ⁊ in caſtro papiẽſi ſcripta
hoc mõ ꝯtinet̃. Jn vltĩa inq̃t etate hũana
bit̃ deꝰ ⁊ hũiliabit̃ ꝓles diuĩa: iũget̃ hũani
tati deitas ⁊ puellari officio educabit̃ deꝰ et
hõ. Signa p̃cedẽt apud iudeos: mulier ve
tuſtiſſima ſcꝫ Eliſabeth puer ꝯcipiet: ſtella
orbis mirabit̃: ducatuꝫ p̃ſtabit. ſ. magis: ad
ortũ. ſ. xp̃i: hic hñs pedes. i. annos. xxxiij. et
pollices ſex. i. mẽſes: eliget ſibi de piſcatori
bus nũeꝝ duodenariũ: vnũq̧ diabolũ. ſ. iu
dam. Nõ in gladio bello ve eneadẽ vrbeꝫ. i.
romã: regeſq̧ ſubijciet Sed in hamo piſca
toris in deiectiõe ⁊ paupꝫie ſupabit diuitias
⁊ cõculcabit ſupbiã: morte ꝓpria mortuũ ſu
ſcitabit: ⁊ cũ mactabit̃ viuet ⁊ regnabit: bo
nos iudicabit ⁊ malos. Hinc q̃tuor aĩalia
id eſt euãgeliſte ſurgẽt in teſtimoniũ ſectan
tes iuſticiã legẽq̧ irrep̃heſibilẽ. huic ꝯtradi
cet beſtia. i. antixp̃s ſimulq̧ abomĩatio ſpu
me draconis. i. machometus. Et ſurget ſtel
la mira. i. Paulus ap̃ls: hñs imaginẽ q̃tu
or aĩaliũ. i. euãgeliũ q̃tuor euãgeliſtarũ: Pa
naos. i. grecos illũinabit. Nomẽ agni vſq̧
in finẽ ſeculi p̃ducet Erit aũt beſtia horribi
lis. i. machometꝰ ab oriẽte veniẽs cuiꝰ rugi
tus vſq̧ ad gentes punicas. i. affricas audi
etur. cuiꝰ capita. vij. ſceptraq̧ ĩnumera. pe
deſq̧. 663. glo. 663. ãni. Reges aũt ⁊ optima
tes erũt in ſudore terribili. et nõ diminuent
pedes eiꝰ. i. annos Stelle q̧ꝫ due. i. ordo mi
noꝝ ⁊ p̃dicatoꝝ ꝯſil'es p̃me ſtelle. i. paulo: ĩ
ſurgẽt ꝯtra ip̃m et nõ obtinebũt vſq̧ dũ ve
niat abominatio ⁊ volũtas altiſſimi ꝯſũme
tur. Hec ſibilla p̃tacta. q̃ ꝓp̃hia habet̃ ſcp̃ta
etiã in libro ꝯformitatũ. Quarta p̃ter hec
generatio xp̃ianoꝝ laudat ⁊ venerat̃ beatã
virginẽ inter q̃s tam boni q̧ mali: tã hereti
ci q̧ ſciſmatici ſolẽt pleriq̧ venerari: ieiunã
do ſabbatũ vel vigilias feſtiuitatũ eiꝰ in ho
norẽ ipſius. Et certe multi vident̃ mag̃ ha
bere btãꝫ virginẽ in veneratõe q̧ dñm xp̃m
magis ex ſimplicitate moti q̧ ſciã: licet non
deberet fieri. qꝛ tñ honor matris in filiũ re
dundat: patientiã hꝫ xp̃s huiꝰ ſimplicitatis
ſm Anthoninũ floreñ. vbi s̃. Deniq̧ vni
uerſal'r oĩs generatõ filioꝝ eccl'ie iuſtoꝝ vir
ginẽ btãm venerat̃ ⁊ laudat. Nã eccl'ia q̃ti
die horas canonicas ꝟgĩs dicit. Et ſunt ĩ p̃
cepto ip̃e hore btẽ ꝟgĩs ſicut ⁊ canonice ho
re maiores q̃ ad obligatos. Jtẽ ꝑ totũ orbẽ
q̃ ciuitas nõ habeat eccl'iam ⁊ vtiq̧ ſolẽnio
rem in noĩe btẽ ꝟgĩs fabricatã. Certe in or
be nec in noĩe ſaluatoris: nec in honore ali
oꝝ ſctõꝝ repꝫiunt̃ eccl'ie in tãto nũero. Jteꝫ
q̃s ſctõꝝ habet tot feſtiuitates ꝑ circulũ an
ni ſicut b. ꝟgo. Deniq̧ ſctĩ doctores de nul
lo ſctõ cõperiunt̃ edidiſſe tot ſermões ſicut
de btẽ ꝟgĩs laudibus. Oĩs itaq̧ generatio
hũana ipſam venerat̃: imo inſuꝑ ⁊ oĩs crea
tura ad eius oris ĩperiũ obedit: qꝛ dña ẽ to
tius mũdi. Et nos g̃ chariſſimi eam venere
mur: ipſam deuote laudemꝰ oĩ. Uere bea
ta: vere gl'ioſiſſima: vere felix es o ſacra vir
go maria ⁊ oĩ laude digniſſima. qꝛ ex te or
tus eſt ſol iuſticie xp̃s deꝰ nr̃. O tu itaq̧ ſan
ctiſſima: ab eterno p̃electa: virgo puriſſima:
omni decore ꝟtutũ adornata: deo fecũda et
inhabitata: lumĩoſa ⁊ mr̃ digniſſima. O tu
ſaluatrix ſecl'i ſpũſctõ pleniſſima: ſuꝑ oĩes
angelos exaltata: te laudamꝰ: te deuote coli
mus: te hũiliter petimꝰ: vt apud p̃dulcẽ tuũ
Jeſum cũ q̃ regnas in eternũ nobis impe
tres btĩtudinis gaudiũ Amẽ.

Pars ſecunda libri vndecimi de p̃uile
gijs ſiue gratijs ⁊ excellentijs btẽ marie vbi
applicat̃ thema quod applicari põt ⁊ cõcer
nit feſtum Marie de niue.

# DEus fecit magna

inſcrutabilia q̄ ꝑcipit niui vt deſcendat ſup terrā Job.xxxvij.ca. Tāta eſt excellētia beatiſſime ꝟginis:tā magna et inſcrutabilia eiꝰ glorioſiſſima ꝓuilegia vt in laude eiꝰ deficiant oēs lingue ſcripture et ſil'itudines. Vn̄ Hiero.in ſermone de aſſumptione dicit ſic. Quid nos tātilli:q̄d actōe puſilli in eiꝰ laudib' referamus:cū ſi oīm noſtrū mēbra verterent̄ in linguas:eaꝫ laudare ſufficeret nullus.altior celo ē de q̄ loq̄ nitimur.abyſſo ꝓfundior cui laudes dicere conamur. Vn̄ ſi celū te appellem:altior es. ſi matrē gētiū dicam:excellis.ſi formā dī appellē digna exiſt̄ Si aūt dn̄aꝫ angeloꝝ vocē:ꝑ oīa cōprobaris. Quid igit̄ de te digne dicā:neſcio. Hec Hiero. Ideo ſpūſſctūs ꝑ ora ꝓphaꝝ eā cōmēdat:nō ſolū verbo:verūetiā ſignis ⁊ ſilītudinib'. Quia ꝟo nulla ſimilitudo ꝑabolica ꝑfecte ſufficit ad eiꝰ excellētiā exꝓmendā. ideo ad eiꝰ laudē mlt'e inducunt̄ methaphore. Aliq̄n eñ figurat̄ a natura celeſti vt ſolis:lune:⁊ ſtellaꝝ. Can.vj. Que eſt iſta q̄ ꝓgredit̄ electa vt ſol:pulcra vt luna ⁊c̄. Aliq̄n a natura inferiori in ſil'itudine cedri libani:palme:ciꝑſſi ⁊c̄. Eccī.xxiiij. Quaſi cedrꝰ exaltata ſum in libano ⁊c̄. Aliq̄n ꝟo a natura media:vicꝫ nube vl' aurora. Eccī.xxiij Solē nube tegā.vel niuis etiā ſicut patꝫ in ꝓmiſſo themate. Sed q̄m ſctā mater ecclīa ſolet annuatim ſolēniſare ad honorē btē virginis diē feſtū q̄ dr̄ Marie de niue. in memoriā vicꝫ illiꝰ miraculi q̄n in eſtiuis caloribus.ſ.mēſis auguſti die.v.rome eccliam ſibi fabricādaꝫ btā ꝟgo ꝑ niues voluit demōſtrare. Hoc aūt miraculū eſt deſcriptū li.xij ꝑte vl.ca.vj.miracl'o.v. Igit̄ ꝑ iſta ſolēnitate cōuenieter applicari pōt thema ꝓacceptū In cuiꝰ ꝟbis btā virgo Maria tripliciter cōmendat̄.

Prio a gr̄oſa ꝓuilegioꝝ magnificatiōe.
Secūdo a ꝟtuoſa niuiū aſſimilatiōe.
Tercio a viſceroſa hoīm miſeratōe.

